

totam extrahere rem, ne cogatur invitas esse in communione, ne vè quod ejus favore fuit introductum, in ejus incommodum retorqueratur, faciunt etiam tradita per eundem Tiraq. qui supra §. 23. gloss. 1. num. 3. & sequentibus & ita tenet Matienço, d. gloss. 7. m. 32. quamvis secundum eum ibi Bal. in trac. protomiscar. n. 20. & 21. Asslict. in contr. d. ar. §. 6. n. 5. 6. & 7. & Cifuent. d. l. 7. 1. Tauri quest. 2. aliud voluerit de quo jam diximus alibi. Sed an si venditio fuit nulla ob solemnitate defectum aut ex alia causa, erit locus retractui, & Pau. Caltre. consil. 74. n. 1. in princip. & in fi. inquit quod non, eo quod appellatione venditionis non venit illa que est nulla, & invalida, §. 1. 4. §. condemnatum ff. de re jud. & idem tenet Cæpola, consil. civi. li. 44. col. 2. & in consil. sequen. ubi respondet ad contraria, Tiraq. tamen in dicto tit. 1. de retrac. §. 1. gloss. 2. n. 8. inquit vix hoc obtineri possit apud Gallos, eo quod nihil interfit emptoris, cui pretium restituitur & expense & gabella, & sic audit non debet opponens nullitatis exceptionem absque interesse, ille à quo §. 1. & ibi Alexan. in princ. ff. ad Trebel. & ex aliis consensit à Tiraq. d. gloss. 2. n. 5. & ita nuncupatum voluit, Gallus ille scribens consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. q. si. & eo ritu, §. 2. 2. q. 4. & Cifuent. d. l. 40. Tauri 45. arbitrat. quos referens sequitur Matienço d. l. 7. gloss. 7. n. 36. supra hoc tit. & lib. & placet mihi hæc secunda opinio. Et quid si venditio fuit simulata vide late Tira. d. gloss. 2. n. 1. cum sequentibus pluribus, & ibi late probat quod tunc non erit locus retractui, quoniam veritas venditio non fuit, nec venditor à se abdicavit dominium.

Ibi Sivo que todas las ayas de sacar. Quod non solum in iplo consanguineo retrahente procedit, verum & in ejus hæredibus, secundum Tira. de retrac. convenit. §. 1. glo. 6. n. 31. & Ant. Go. 10. 2. 6. 10. n. 3.

Ibi. Por diversis precios. Vide que diximus in glo. 1. istius legis, sed an si vendantur plures res pro eodem debito diversis pretiis æstimata poterant aliquæ earum retrahi, & aliquæ non, dixi in fine dictæ glo. 1. quod non, eo quod tunc dantur in solutum, que est quid individuum, Jaf. tamen, l. stipulationes non dividuntur, n. 2. ff. de verb. oblig. contra tenet quia non debitum, sed venditio ad retractum inspicitur, & videtur rex noster in iis verbis pro hoc facere, sed Jaf. loquitur cum plures res non in solutum dantur, ut loquitur Tira. d. tit. 1. de retrac. §. 2. 3. glo. 1. numero 20. 21. & 22. secus si in solutum dantur, prout ipse ibi num. 25. loquitur cum 2. sequentibus numeris, sic declarando Jafonem.

IN LEGEM UNDECIMAM.

Que erat 72. Tauri.

Qualiter & intra quod tempus & quibus factis diligentis res ad creditum, vulgo fiada, vendita, sit extrahenda per consanguineum, declarat lex nostra.

SUMMARIUM.

1. Retractus an statim quod res vendita est ad creditum possit intentari vel die adveniente.

- 2. Juratoria cautio non sufficit in terminis nostra legis.
- 3. Fidejussiones de quibus in presenti cura effectus sunt offerende, eo quod proximum est tempus ad eas prestandas.

Ibi Etads. Sed an idem erit si sub conditione vendita sit diximus in l. 7. supra eo. & tradit Anton. Gom. tom. 2. c. 11. num. 24. in 4. effectus.

Ibi De fianças bastanter. Magna erat antea contentio in venditione habita hinc de pretio facta an statim vel cum dies venisset retractui locus esset §. ut licet videre per Tiraq. tit. 1. de retrac. §. 1. gloss. 18. numero 32. & sequentibus, que per legem nostram est decisa, ita ut dubitationis nullus locus jam remaneret notandaque sunt verba hæc, fianças bastanter, ad sciendum quod juratoria cautio non sufficit, §. ex dictis per nos, in l. 23. numero 11. & 14. verbo legas tit. 7. lib. 3. supra, & quia ubi pro forma requiritur satisfactio & ex necessitate non sufficit juratoria cautio, secundum Cravetam consil. 3. 1. numero 4. vol. 1. & Avend. in tit. de las excepciones, numero 36. vers. item sequitur, & ante eos Jaf. in l. 1. numero 3. limit. 10. ff. qui sat cog. & quia ut ipse ibi in 9. limit. inquit, ubi aliquid alicui est prestandum per alium hinc satisfactio non sufficit juratoria cautio, ut per Molin. de primo. lib. 2. c. 16. numero 44. item notandum est quod non sufficeret verbo in judicio offerre has fidejussiones, secundum Bart. l. prator ait §. si quis paratus ff. de novi op. num. secutum per Jaf. & alios in l. si nuda, numero 7. ff. solu. mar. & Asslictis, decis. Neap. 39. numero 4. etiam si prius ipsi emptori fidejussores fuissent oblatis, & noluisse eos recipere, adhuc enim tunc in judicio cum effectu tunc offerendi, §. secundum Boetii, decis. 124. n. 29. eo quod praximum est tempus per legem nostram ad eas prestandas, secus vero si nullum esset praximum tempus pro eis prestandis & eas oblatis nollet advenarius recipere, nam tunc id sufficeret, ut alibi diximus in l. 3. tit. 3. n. 4. lib. 3. supra. Et ideo cum in nostro proposito sint realiter offerende, vel offeras in judicio ipsos fidejussores personaliter dicentes sese fidejuberere pro quantitate illa in actis, & quod sic scribatur, offerendo informationem, quod sunt idonei, vel antequam ad judicium vadas facies fidejussores tecum obligari coram tabellione & testibus in solidum cum renunciatione legum renunciari consuetarum, pro quantitate illa ad terminum per emptorem constitutum solvenda, & de hoc fiat instrumentum publicum in forma consueta, & de hoc extrahes exemplum signatum & presentabis illud in judicio cum juramento necessario, & offeres informationem de idoneitate illorum & statim eam præbebis intra novem dies, & quod judex idoneas eas declarat, & sic satisfactio legi nostræ & ejus dispositioni, & sic feci pluries & vidi fieri.

Ibi Sivo que todas las ayas de sacar. Quod non solum in iplo consanguineo retrahente procedit, verum & in ejus hæredibus, secundum Tira. de retrac. convenit. §. 1. glo. 6. n. 31. & Ant. Go. 10. 2. 6. 10. n. 3.

IN LEGEM DUODECIMAM,

Que erat 73. Tauri.

Si proximior consanguineus noluerit retrahere rem venditam, alius sequens in gradu admittetur ad retrahendum, dum tamen sit intra novem dies & factis

& factis diligentis requisitis a lege.

SUMMARIUM.

- 1. Semel declarans se nolle retrahere an possit penitere.
- 2. Emptor victus an possit compelli retrahente ut utatur illa sententia.
- 3. Correlatoria est lex nostra legis 7. supra eo. dum ibi non admittatur consanguineus in gradu proximior volente retrahere.
- 4. Proximior an sit requirendus priusquam admittatur sequens.
- 5. Proximior an possit in prejudicium sequentis cedere jus retractus.
- 6. Proximior ad retractum alium usque ad decimum hodie usque ad quartum gradum intelligitur, ubi quomodo fiet computatio.
- 7. Novem dies assignati ad retractum omnibus currunt consanguineis.

Ibi Tira quisere. Quid tamen si semel declaraverit, le nolle, an possit §. penitere, vide Boetii, decis. 76. num. 1. 2. 3. & 9. & Tiraq. de retract. linagiel. §. 2. 6. gloss. 2. m. 5. & sequentibus, & per totam illam gloss. alia tradit in proposito, & Anto. Gom. l. 73. Tauri m. 144. & Matienço hic glo. 1. in fi. & inquit quod non licet penitere, sed an si per sententiam emptor victus est, possit retrahens ea non uti, vel emptor cum cogere ut utatur §. sententia illa, & videtur quod cogi possit ea uti retrahens, tum quia ex ea victo actio in factum est quæritur, si quid victi interest, & sic ab illa sententia vincens recedere non potest nec penitere victo invito, ex Bar. in l. si consante §. quoties ff. sol. mar. num. 10. & ibi Bal. in princ. & Alex. n. si per text. ibi juncta glo. in verbo, nec ferenda. tum etiam ex aliis pluribus dictis & consensit à Tira. in d. tit. 1. de retractu. in fine n. 24. & sequentibus tamen, imo quod consanguineus possit penitere, & emptor non possit eum cogere uti sententia illa est tenendum, ut verius, ex tex. in l. si judex circumvenio ff. de mino. & quia id quod in favorem alicujus est introductum non debet in ejus odium retorqueri, sententia lata pro aliquo in ipsius privilegium non imponit ei necessitatem utendi ea si nolit, ut per Tira. ubi supra n. 24. & 28. ubi accedit huic sententia, & ibi respondet contrariis, à quo desumptæ hæc Matienço hic, glo. 2. num. 2. cum sequen. qui in num. 8. hanc veriorum testatur opinionem.

Ibi El pariente mas propinquo siguiente en grado. Corrigitur iis verbis dispositio legis 7. supra ista tit. in quantum proximior volente retrahere excludebatur sequens in gradu, quod corrigitur §. per iis verbis nostri text. & ex ejus subscriptione marginali, & ita erat etiam de jure civili ut patet ex dictis per Ant. Gom. tom. 2. c. 10. col. pen. in medio, & Pal. Ru. in l. 73. Tauri n. 3. sed est quæstio singularis, num debet requiri proximior priusquam admittatur sequens in gradu §. & asserendum est id in potestate sequentis in gradu consistere, ita ut si velit requirere proximior non possit, sin minus necesse non sit eum requirere, sed possit porius petere retractum, nam quantum non apparet alius proximior, de non apparentibus non est curandum; ut ff. de contrab. em. l. in lege, neque potest emptor apponere de jure proximioris, & sic de Azevedo in Recopilacionem, Tom. III.

jure tertii quia id ei non licet, eo quod sequens consanguineus non excluditur nisi tantum proximior petente, qui quidem proximior, si pendente lite cum sequente in gradu intentaverit retractum, tunc sequens in gradu excludetur, dum tamen proximior ipse intra novem dies petat & diligentias necessarias faciat, aliter enim sequens in gradu, qui eas fecit in termino, etiam in hoc casu obtinebit, neque excludetur per proximior male petentem, sicut neque excluderetur, si proximior nihil peteret, eo quod nihil & inutile æquiparantur in jure, & ita voluit Montal. in l. 3. tit. 10. lib. 3. fori in glo. cambiar. col. 7. & Anto. Gom. l. 70. Tauri. num. 21. vers. circa quod tamen & Tira. tit. 1. de retrac. §. 1. gloss. 10. num. 59. vel poterit sequens in gradu, requirere proximior ut extrahat, & diligentias faciat alias quod ipse extrahat, & judex debet tunc proximiorum cogere ut intra brevem terminum id faciat, ut terminus sufficiens intra illos novem dies retractui concessos, remaneat sequenti in gradu ad faciendas diligentias suas, & quod possit proximior ad hoc cogi, tenuerunt Jaco. de Rab. Cin. Alberi. Paul. n. 6. in fin. §. 1. C. de furt. & Benedic. in Repe. c. dicitur, verbo & novem n. 156. de ista & Cifuent. l. 73. Tauri. in princ. & alii relati per Matienço, hic glo. 1. n. 2. & sequen. dicentem ita magis communiter DD. tenere, & est clarum; verum quia hæc forma cogendi proximior non est utilis neque necessaria, nunquam ea utimur, sed prima, scilicet quod volens retrahere intendant, etiam si non sit proximior, dum tamen retrahens sit consanguineus intra quartum gradum, & proximior nihil petente in termino, pronuntietur sententia in favorem retrahentis & facientis diligentias in termino, nam sufficit probare consanguinitatem proximam, neque requiritur probari non esse alium proximiorum, ex dictis per Cuma. consil. 43. & Capit. decis. Neap. 159. n. 11. & Molin. de princ. lib. 3. c. 9. n. 21. & 22. præsertim cum ex lege nostra admittente sequentem in gradu jus retractus est redactum ad instar successione ab intestato, ut in simili statuitur, l. puto §. fratre. ibi, (proximus quisque) ff. de leg. 2. notat hic Pala. Ru. n. 3. & Ant. Gom. l. 40. Tauri. n. 45. & sequentibus, notandum etiam est verbum nostri text. de grado en grado, nam ex hoc inferri potest, proximiorum consanguineum in prejudicium sequentis in gradu non posse cedere jus retractus in alium etiam consanguineum remotior tamen illo, qui in retractu erat immediatè sequens post proximior cedentem, tum quia sibi & non alii quis retrahere potest, tum etiam quia jura sanguinis cedi non possunt, tum etiam quia juri tertii etiam princeps regulariter præjudicare non potest, & legis nostra dispositioni unum post alium gradum admittentis, & sic esse de jure asserbat Tira. in d. tit. 1. §. 2. 6. glo. 2. nu. 2. cum sequentibus pluribus.

Ibi Del quarto grado. Usque ad quem admittitur consanguineus ad retractum, §. & non ultra, licet aliud esset de jure civili, nam usque ad decimum admittentur ut apparet ex Cæpola consil. civi. 43. Tiraq. ubi supra §. 1. gloss. 9. num. 25. & sequentibus. Sed quomodo fiat hæc computatio, an secundum jus civile, an vero secundum jus canonium, interpede tenendum est, secundum jus civile esse faciendam hanc computationem, etiam

in terris Ecclesie, quandoquidem computatio facienda secundum jus canonicum, quoad matrimonium tantum fieri debeat, ut tenent glos. & Doct. in §. habemus in ff. de grad. cogn. Cin & Bal. & Doct. in l. si de suc. edic. communis secundum Fel. in c. ex litteris, de consti. & Cif. hic in fine, & Covar. in 4. par. 2. ca. 6. §. 8. n. 18. glos. l. 1. titu. 18. p. 7 & Deci. conf. 1. 58. vol. 1. & Matienço l. 7. glos. 5. nu. 7. & Mexia l. de Toledo in 6. fundamento 2. par. n. 21. & idem Covar. ubi supra §. 6. num. 8. in fine.

Ibi. Dentro de los dichos nueve dias. Et sic novem diebus ad retrahendum dati omnibus & consanguineis proximioribus & sequentibus post eos usque ad remotiores ad quartum usque gradum currunt, insimul & in eisdem diebus, & est singularis in hoc, & sic asserit Anto. Gom. d. l. 70. Tauri. n. 21. vesp. item quero an.

Ibi. La ley del fuero y ordenamiento. Que sunt leges 7. & 8. supra eadem, cui. adde l. 9. supra eo. alias solemnitates designantem, & cum res venditur ad creditum, vulgo, fiada, solemnitates etiam l. 11. supra proxime servanda erant, prout ibidem disponitur.

IN LEGES DECIMAM TERTIAM ET DECIMAM QUARTAM, que erant 74. & 75. Tauri.

In retractu prefertur dominus divelli domini vel superficiarius, vel habens partem in re vendita consanguineo retrahere volenti si omnino in tali retractu concurrunt duo tamen tunc eadem solemnitates serventur, que in retractu jure sanguinis petendo servari jubentur per leges furi & ordi. 7. & 8. & 9. hujus tituli.

SUMMARIUM.

1. Dominium directum venit appellatione proprietatis, & in quo differat ab utili, & a quo constituitur.
2. Dominium tantum utile habens non retrahit, & sic censum redimibilem habens non potest retrahere, ut ibi, nisi, ut ibi.
3. Dominium directum habenti competit retractus, ubi de superficie.
4. Vassalli an possint se redimere pro pretio quo dominus eas vendit.
5. Eadem solemnitas servanda in communionis retractu, que & in jure sanguinis observaretur, & imm. 8.
6. Retractus communionis cessat quoties res est divisa, & ibi quando in hoc casu dicitur res divisa.
7. Retractus communionis datur etiam in re mobili vel se movente, ubi & idem quoad usufructum commoditatem.
8. In solario domus, communi in duobus habet locum retractus.

Ibi Del directo dominio. Dominus tamen directi domini dicitur ille, qui proprietatem rei possidet, & habet solum ipsius rei, & sic dominium & directum venit appellatione proprietatis, secundum Bald. & Pet. de Suza, in l. per. C. si non comp. Ja. & appellatione domini in dubio de directo intelligimus, l. 1. ff. si ager veſtig. & distinguitur ab utili dominio, ut pote quia utile dominium, dicitur quidam usufructus, l. 1. §.

quid ait ff. de superficiebus, imo & quodam servitus dicitur, secundum text. in l. si tibi homo §. ser. de lega. 1. ex quo dominio utili cum directe sit plenum dominium, nam plenum dominium constituitur a proprietate & usufructu, l. recte dicitur ff. de verb. sig. Bar. l. Marcius §. fundo colu. 2. de leg. 2. & in l. 4. ff. de usufruc. & sic habens utile dominium tantum non potest extrahere pro tanto & jus suum ab ipso domino directo venditum prout inquit Castilho hic n. 5. & Anto. Go. l. 70. Tauri n. 32. & per consequens habens censum redimibilem super re aliqua immobili, quamvis res illa immobilis vendatur non potest rem illam retrahere, & hoc est sine dubio: nisi aliud in scriptura talis census sit constitutum, nam tunc ex vi conventionis potius quam ex jure census competet retractus, imo & adhuc tunc asserbat Avenda. resp. 32. & 23. non competere retractum huic domino census, quod datur videtur, cum contractus ex conventionem legem accipere sit juris Brocardicum, praesertim si attendimus proprio motui Pii V. Pape nostri, super iis censibus editi, ubi licet in censibus iis conventionem hanc inferere & insertam & servandam, disponebatur, & sic usufructuario non datur jus retractus ad proprietatem venditam retrahendum, secundum Antonium Gomez hic numero 32. dominium tamen directum habenti etiam si de retractu nihil conveniatur competet retractus, si res illa ubi dominium directum habeo vendatur, & puta si domum quam tibi dedi in emphyteum, tu vendideris, ex text. in l. si. C. de jure emphy. ubi DD. imo & tunc si ad retractum est major terminus quam novem dierum constitutus, illo majori termino convento gaudebo, sed si nullus terminus declararetur, tunc intra dichos novem dies teneor retrahere, ut in hac lege dicemus: Item & alio modo legis nostrae dispositio verificatur, puta si habeo proprietatem alicujus domus, tuum vero est edificium, & sic domus superficies, tunc enim si tu vendis superficiem, ego dominus directi domini praesertim in retractu consanguineo ipsius superficiarii vendentis, quod, si ego dominus directus vendido jus meum, superficiarius praesertim consanguineo venditoris in retractu, & haec de jure etiam veriores erant opiniones, ut licet videre ex Orosio, in l. Imperator Antonius col. 952. n. 14. 15. & 16. ff. de pactis, & hoc est quod dicit lex nostra prout optime advertit. Ant. Go. l. 70. Tauri. n. 31. usq. ad 35. legis nostrae materiam examinat, & in illo n. 31. optime succiſit & vere eam repilogat, si tamen quis partem domus tantum haberet praesertim consanguineo vendentis retractare, ut & in hac lege disponitur, que in omnibus singularis est. Sed an vassalli poterunt se redimere pro tanto pretio, quo dominus eos vendere vult, & tradit glos. 3. l. 4. 5. tit. 13. p. 7.

Ibi. Vel que tiene parte. Idem probat lex sequens, que & in hoc communionis retractu eandem solemnitatem observandam jubet, que observanda est in retractu jure sanguinis, & & jure antiquiori Hispaniae idem utebatur ex l. 55. tit. 5. parti 5. similis huic nostra, ubi glos. Gregorius plura dicit in propositum pro ampliatione & limitatione nostrae legis, a quo desumpti Matienço, in presenti sub l. 13. glo. 3. unum tamen notabis

notabis, scilicet, quod tunc habens partem in re vendita praesertim in retractu consanguineo vendentis, quoties res illa est in communi indivisa, secus si jam esset inter eos divisa, quia tunc cessat retractus & communionis, secundum glos. communiter, in d. l. 55. & Ant. Gom. l. 70. Tauri. num. 27. & Castilho l. 75. Tauri. nu. 1. & Covarr. lib. 3. vari. ca. 14. n. 6. & Mexia in prag. taxa panis conclusionis 9. nu. 112. & quando in hoc casu dicitur res divisa, tradit Castilho ubi supra num. 4. & n. 2. examinavit quaestionem de marito fabricante domum in proprio solo: debet tamen esse cum effectu divisa, nam non sufficeret si res communis esset intellectu divisa inter socios, puta si conveniret inter se extra fundum, ut alter haberet medietatem fundi ad partem vicini sui, & alter ad partem Sempronii, quoniam non dicitur vere divisus donec confinia & termini realiter assignentur ut l. cos. ff. si. regu. probat Castilho in l. 74. Tauri glos. 1. col. 1. & 2. & ibi Pal. Rub.

Ibi. En ella. Cum verbum hoc referatur ad illud verbum in primo verbo positum, la casa, Latine autem dicitur, res, est notandum retractum & hunc communionis dari etiam in re mobili vel semovente in qua communio talis datur, ut probatur in d. l. 55. tit. 5. p. 5. & ibi glos. verbo, alguna cosa, cum verbum illud, res, sit generale & omnia comprehendat, l. 1. in ff. si cer. per. l. rei appellatione ff. de ver. signi. par enim est jus harum vocum, res & bona in dispositionibus legis & hominis, ut colligitur ex Bar. l. quintus §. argenio ff. de auro & arg. leg. Deci. l. 1. lec. 2. n. 7. ff. si cer. per. ubi probatur per omnes hoc nomine res etiam jura & actiones contineri, ut l. si legatus §. 1. ad Trebel. ff. Arius Pinel. late in rubrica C. de bon. mat. 1. parte n. 5. & sequen. & hoc verius esse asserit glo. 1. in fi. in d. l. 55. & licet ibi dubitet an in praxi lex illa 55. extendatur ad mobilia, adhuc tamen ibi in glos. 2. affirmat ad jura & actiones extendi, prout & cum referens sequitur Matienço hic glos. 3. n. 3. qui ibidem ex glo. d. l. 55. glos. 2. col. 1. ad medium idem esse inquit quoad usufructus commoditatem, nam licet jus retractus ex capite consanguinitatis non detur nisi in immobilibus, & sic leges hujus retractus per verbum heredad, locuta sunt, tamen retractus communionis etiam in rebus mobilibus, vel semoventibus & in juribus & actionibus locum habet, & ideo leges nostrae de hoc retractus jure communionis loquentes, loquuntur per verbum illud generale, cosa, Latine, res, quod quidem verbum omnia comprehendit, ut diximus, debent tamen conformes esse domini illius rei, sed in practica haec difficulter obtinebantur, ut inquit Grego. in d. glo. 1. in fi. d. l. 55. neque obstat lex nostra quia in immobili re loquitur, idque deducitur referendo eam ad leges praecedentes, & lex praecedens etiam loquitur per verbum, cosa, & tamen non est dubium de re immobili loqui, & ex aliis praecedentibus legibus idem colligitur, item quia lex nostra de directo dominio loquitur, hoc autem non dari nisi in re immobili, clarum est de jure, ergo cessant hodie supra dicta, & quia verbum, res, secundum subjectam materiam est iudicandum, ut accipiatur pro re immobili, vel mobili, ut inquit optime Rebus. in l. rei appel.

pag. 56. in princi. ff. de verbo. signifi. in nostra tamen materia omnes leges praecedentes Tauri in immobilibus loquuntur tantum & per idem verbum cosa, ergo & nostra in immobilibus tantum loquitur, & non in aliis, & ita teneo. In l. 14. ibi ley, de la partida, que est d. l. 55. titu. 5. p. 5.

Ibi. Comm. con otro. Idem dicitur quoties dominium directum est in ipso solo & domus vendita, puta cum quis habet solarium domus, & edificium, & sic superficies est alterius, ut diximus in glos. 1. l. 13. praecedentis, tunc enim & eadem solemnitates requiruntur, quae & in retractu jure sanguinis, ut inquit glo. deve, in d. l. 55. tit. 5. p. 5. sed si quis haberet dominium directum ex jure emphyteotico & itidem pensionem aliquam, tunc non censetur correctum tempus ad retractum constitutum ex l. penult. aut. fin. C. de jure emphyt. itidem si ex contractu daretur majus tempus ut supra dictum remanet, quae sunt mea & novae considerationes.

IN LEGEM DECIMAM QUINTAM.

Retractus non habet jam locum nisi in rebus patrimonii, vel abolengi quae ad vendentem pervenerunt titulo hereditatis, non vero alio titulo.

SUMMARIUM.

1. Corrigitur aut declaratur l. 7 supra eo. in quantum lex nostra requirit rem debere esse hereditariam ut retractus locus sit, ubi reprobat opinio Montal.
2. Antonii Gomez opinio non admittens filium retrahentem rem a patre venditam hereditariam, carpitur.

Ibi. Que los ovieren heredado. Idem disponitur in l. 8. supra eo. & idem esse de jure & in multis Francia: partibus uti asserbat Tira. de retr. aff. linag. §. 32. glos. unica num. 1. cum sequent. & sic est declaranda aut omnino in hoc corrigenda l. 7. supra eo. * & jure optimo id statutum fuit, aliter enim daretur maximum inconveniens, scilicet, quod si res patrimonialis, & abolengi fuit semel vendita extraneo cuiquam, propter quod exiit jam a patrimonio, & ad illud redire non potest ut patrimonialis habeatur, si forte titulo donationis aut alio quolibet particulari ad vendentem ipsum rediret, posset, si ab eo iterum venderetur, ut patrimonialis vel abolengi retrahi, cum jam non esset, quod esset absurdum: Ex quo decerpitur non veram esse nec tenendam opinionem Montalvi in l. 3. tit. 1. col. 3. furi glo. 2. asserentis, retractui locum esse etiam si res vendita solius patris vendentis fuisset, quamvis ab avo non procederet, vel ab avia, nam cum ex lege nostra titulo hereditatis res vendita debet esse acquisita ut retractui locus sit, necessario est fatendum patris fuisse vendentis & sic avi retrahere volentis, vel aviae a quo vel qua pater ipse vendens acquisivit titulo hereditatis, & sic opinio Montalvi & cum sequentium. Pal. Rub. l. 7. 4. n. 8. & l. 7. 5. num. 1. & Ant. Go. l. 70. n. 3. in prin. & ibi Cifuen. col. 1. in fi. & Perd. Arias nu. 49. & Matien. l. 7. glos. 1. num. 50. supra eodem vera non est nec tenenda sic simpliciter prout ipsi cum tenent & asserunt, verificantes verbum patrimonio, legis nostrae

nostrae & similia in solo patre, cum jam ex lege nostra, & ex dictis per Ant. Go. l. 70. Tauri. n. 3. & Tira. lib. 1. de retr. §. 3. 2. gl. una, n. 101. sit verificandum in re habita à patre vendente titulo hereditatis, à patre vel matre sua avis filii retrahere volentis, & verbum, *aboleto*, in re ab antiquo in genere suo habita, & titulo hereditatis proveniente ad vendentem. Inferitur & secundo male dixisse Ant. Gomez, in d. l. 70. Tauri, num. 3. dum asserit filium in vita patris non admitti ad retrahendam rem patrimonialem à patre ipso venditam, nam admittitur si rem illam pater vendens titulo hereditatis adquisierat, ita ut patrimonialis dici possit dicto modo, cum in tali re excludat neminem lex nostra ex consanguineis vendentis intra quartum gradum, ideo non est censendum collaterales consanguineos legem nostram admisisse in tali casu, filium autem exclusisse, cum id sit erroneum & absurdum, & alienum à legibus nostris retractus proximior vendentis preferentibus aliis non ita proximioribus, & cum contra Ant. Gom. solcat allegari text. in *consuetudine*, de in inte. res. notante ibi Henrico Bohic, in principio, ubi filius admittitur tanquam proximior ad retrahendum rem à patre venditam, quam ipse habuerat à matre, ex ejus successione, quod indubitatum asserat Tiraquellus tit. 1. de retr. §. 1. glo. 9. num. 146. Imo & ipse pater pro filio admittitur secundum Tiraquellum, de retr. tit. 1. §. 1. glo. 9. nu. 18. usque ad 73. & Matienço dicta l. 7. glo. 1. num. penulti. supra isto titulo, & sic opinio Ant. Gomez, sic intellecta vera non est, etiam si Matienço in l. 7. glo. 1. num. 53. eam veram dicit, & licet in presenti idem Matienço asserat pro Ant. Gom. facere legem nostram, nam nihil facit, sed in contrarium ex dictis per nos, nisi ipsum Ant. Go. & Matien. intelligas loqui, quoties res illa à patre vendita esset ab ipso pater alio titulo, quam hereditatis adquisita, & secundum hanc declarationem bene loquitur Ant. Gom. ut dixi in l. 7. supra eod. in glo. de patrimonio, sed hanc declaratio videbatur insulsa, nam ea attempta filius & quilibet consanguineus à retractu rei non habita titulo hereditatis, excluditur & per consequens est omnino dicendum primam opinionem Ant. Gom. & Matien. non esse sequendam in re à patre vendita tituloque hereditatis patri ipsi adquisita, nam ad retractum ejus filius in patris vita seclata fraude est omnino admittendus, ne sit peioris conditionis quam remotiores consanguinei. Vel procedat opinio Ant. Gom. & Matien. quoties pater vendit bona materna filii, tunc enim nimitum si filius non admittatur ad retractum jure sanguinis, cum pater ejus nomine, & tanquam ejus legitimus administrator censetur vendidisse, & est venditor ipse non est admittendus, ut per Tiraquellum, ubi supra, tit. 1. §. 1. glo. 9. num. 30. usque ad 40. & sic sunt intelligenda quae de his diximus in glo. de patrimonio ad finem, in l. 7. supra isto tit. & in effectu ipse Ant. Gom. dicto n. 3. in distinctione quam ibi ponit, intellexit hoc & declaravit, & bene, & in num. 1. itidem declarat an dicitur de patrimonio res quae venditur à filio aliquo & patris suus vult eam retrahere, eam à patre ipso fratre illius patris fuerit acqui sita titulo particulari.

IN LEGEM DECIMAM SEXTAM.

A servis non prepositis per dominos negotiationis

publica ad vendendum nihil est emendum, sub nostri text. panis.

SUMMARIUM.

1. Vendere, ut quis incidat in penam statuti vendere prohibentis, cum effectu & in reali venditione est intelligendum, & num. 3. idem in emente.
2. Commissum non incurritur ex sola venditione nisi traditio intercedat.
3. Emens à servis vel à famulis liberis incurrit penam, & n. 4. ubi & an emens in emente à filio vel uxore.
5. Furtum committit lucrans in ludo aliquid à servo, famulo, filio aut institore.
6. Servus si furator praesumitur domini voluntate id facere.
7. Contra furem agitur etiam si res furata perempta sit, & ibi an tunc debeat peti res vel aestimatio.
8. Dominus tenetur ex negotiatione gesta cum servo preposito per ipsum dominum tali negotiationi, nisi ut ibi.

Ibi. Comprar. Ponderandum est verbum ad sciendum quod pena nostri text. non incurritur in volente emere, si venditio non periciatur & traditio rei fiat, nam sicut vendere, ut quis incidat in penam statuti vel legis, cum effectu * accipi oportet. l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque jur. & in c. relatum de cleri. non resi. hac autem verba, de pan. dist. 1. & sic ex sola venditione non capitur ab emphyteusi nisi traditio intercedat & cum effectu venditio celebratur & secundum Speculam, in tit. de loca, §. non aliqua, versic. 95. Cuna. consilio 41. Fulgosi. consil. 2. in 1. dubio & consil. 11. colum. 1. Alexan. consilio 173 libro 2. quod repetitur consilio 91. lib. 3. & consil. 76. num. 5. lib. 7. Fran. Curti. hanc dicens communiore, consilio 8. paulo ante fin. Marfil. Sing. 412. Ripa libro 1. resp. cap. 2. num. 184. Tiraquell. lib. 1. de retr. §. 1. glo. 1. num. 43. & 44. etiam si aliqui contrarium voluerint, cui simile illud Bal. corf. 314. num. 2. volu. 3. & Tiraquellus, ubi supra num. 46. eodem etiam modo emens non incurrit penam si nisi rem recipiat & ei tradatur, ut per Cepolam, in l. si fugitivus, num. 9. cum sequent. aliquib. C. de ser. singi. quod est singulare & proderit tibi quotidie in practica pro defensione eorum, qui habent pannos falsos, vel non signatos in publico foro ad vendendum, vel quid aliud prohibitum per leges aut constitutiones municipales, nam si ex eis nihil venderent cum effectu, quamvis de vendendo tractaverint nullam penam incurunt, quicquid alii iudices parum conscientiatu faciant aliquando, cupiditate potius lucri, quam penam legis exequendi & vindicandi maleficia, cum delictum non consummatum puniendum non sit, ut per Aven. cap. 27. praeo. n. 1. lib. 2. & Didac. Perez lib. 1. ordi. col. 145. quod est optimum ad l. 1. tit. fin. inf. isto lib. & ad l. 1. 4. 1. 6. lib. 6. inf. & ad similes.

Ibi. De nungun esclavo ni esclava. Similis text. in l. 5. tit. 5. lib. 6. inf. quae ampliat, ut & idem sit in emptis à famulis & liberis, quod affirmare ausus non fuit Pala Rub in Rubri. §. 7. notabi. 6. incip. septimo inferitur, num. 4. & Ant. Gom. tom. 1. cap. de furto, in fine. ubi text. nostrum ad hoc allegat. Imo & idem dicendum est in emente à filio, nepote, vel ab

ab uxore, nam rem ipsam emptor amittit, secundum text. in l. 4. titu. 14. p. 7. neque recuperabit premium si talis emptor sciverit rem illam à filio, nepote vel uxore venditam esse furtivam, secus vero aliàs, ex tex. in d. l. 4. & ibi gloss. perderi ita notat, & limitat ut duobus casibus non procedat: secus tamen est in emente à servis, vel famulis, vel cambiantibus cum eis aliquo modo, quia tunc si emptor vel cambiator scierit illum esse servum vel servam aut famulum, vel scierit pro talibus haberi, quamvis nesciant an res vendita sit furto subtrahita, punientur de furto emptor & cambiator & res ab eis nullo pretio dato est auferenda ex text. nostro & ex l. 5. tit. fin. lib. 6. infra. imo & quod est plus quod vincens in ludo pecuniam servum vel filio aut institore, quae erat domini, patris, vel patroni, committit furtum, & secundum Bald. in Rub. C. de cond. ob. tur. causam, secundum per Roland. Valle. consilio. 45. volum. 1. n. 4. ubi à numero 1. alia adducit, & dicit esse idem in feneratoribus recipientibus bona pignori scienter à servo vel filio. Notabis tamen in transitu, quod si servus furatur, praesumitur & domini voluntate id facere secundum Alexan. & Ruyn. relictos per Menoch. de recap. pos. remedio. 1. numero 59.

Ibi. Sabiendo. Ignorans enim non deliquit, nisi ignorantia sit crassa & supina, puta ut inquit text. ut tales publice habebantur, & ex signis eorum dignosci poterat.

Ibi. Aunque non sean hallados los tales bienes en su poder de las tales personas. Nam cum solam contra furem & ejus heredem debeat hanc actio furti ad rem furatam vel ejus aestimationem recuperandam ut in l. ex causa furti, ff. de cond. fur. l. 20. tit. 14. partia 7. merito ut etiam si perempta res sit, possit contra eos & agi ad aestimationem per dominum rei, vel ejus heredem, ex dictis juris & praesertim ex d. l. 20. nam semper fur est in mora, ideo per interitum etiam rei, non liberatur, ut in l. inter stipulatum §. Stichem. ff. de verb. oblig. & in l. in re furata ff. de cond. fur. Sed num tunc perempta re debeat peti in libello res ipsa vel ejus aestimatio, Bart. in dicta. Lin re furata & in l. stipulationes non dividuntur col. 1. cum sequentibus ff. de verbo. oblig. dicit quod est in electione agentis agere ad rem, vel ad aestimationem, cum quo est communis, secundum Alexan. super 6. quae est. Bartolus. in ea stipulationes non dividuntur, sed hoc intelligerem si res ipsa existit penes ipsos fures, vel eorum heredes & non est perempta neque consumpta, secus si esset perempta vel consumpta, vel est penes alium quam penes furem vel ejus heredes, quia tunc agi debet ad aestimationem etiam majorem, quam à die furti usque ad ipsius rei petitionem habuit, secundum dictam l. 20. tit. 14. partia 7. quae singularis est, & contra, cum dicit. l. in re furata & in l. si C. de cond. fur.

Ibi. Ovíenno fido o fueren tratantes. Puta quia negotiationi prepositi sunt, tunc enim licitum est cum eis contrahere, & dominus tenetur ex negotiatione & cum eis gesta, ut licet videtur ex text. & ibi Doctores in l. institore ff. si veripar. & per tamen ff. de insti. acti. quod tamen intellige dummodo contrahatur in causam illius mercantiae, vel officii, nam si in aliam non excusaretur contrahens à pena nostri text. prout in ejus terminis tenet Jac. in repetitio. l. ad agendum, n. 12. 4. ff. de ju. e. ju. rati. Et nota quod si vis ut nemo contrahat cum te, Aguedo in Recopilationem. Tom. III.

vo tuo in mercantia illa, cui cum preposuisti, facias id publice praecavari, secundum Antonium Gomez, tomo 2. cap. 5. num. 5. nam praestitio precavari si quis ulterius cum eo negotiaretur puniretur nostri text. pena, si iustam ignorantiae causam non allegaret, & probaret.

IN LEGEM DECIMAM SEPTIMAM.

Fruentum ante tempus emi non potest, nisi servata legis nostra dispositione.

SUMMARIUM.

1. Emptor emens pretio communi censetur emere & sic ad summam immoderatam non tenetur.
2. Ad communem aestimationem, non vero ad carissimam est inspiciendum.
3. Pretium si designatur in obligatione pro emptore debetur & non majus etiam si succedat major carissima.
4. Fruentum si ematur vel vendatur pretio in tempus constituto, quo tempore erat plus vel minus valuerunt est usura, n. 4. ubi & an liceat tradere fruementum veteris pro novo.

Ibi. Mandamos. Habuit originem lex hac à §. post. natale sancta Mariae, de pace tenen. & ejus viola. in usus feud. vel potius habuit principium, ex eo quod in dubio tunc est, valeat ne plus vel minus quam tempore contractus, pro justificatione venditionis fruementi anticipati, ut licet novissime videre ex nostro Doctore Gutierrez, in suis canonicis quest. cap. 39. per totum, & quamvis Matienço, hic in gl. 1. dixerit tempus hoc in nostro regno considerandum à decimo quinto die Julii usque ad decimum quintum Augusti, non est hoc sequendum, sed legis nostrae tempus, tum quia lex nostra sic designavit, tum etiam, quia in quampluribus partibus tempus messis non finitur in tam parvo tempore, quo designavit Matienço, nisi in annis sterilibus, & à communiter accidentibus in tempore a lege nostra designato est in totum messis finita, & jam jam rusticici frumenta hoc tempore publice exponere ad vendendum incipiunt, & sic legis nostrae tempus est omnino considerandum.

Ibi. Que comunmente valiere. Et sic non tenetur talis emptor ad summam * immoderatam si eventus carissima insolita secundum Ripam de pestes, part. 2. partia tit. 1198. fol. 5. & tradit gloss. consuetam in clausula 2. de decimis, & gloss. sequen. valiere, l. 8. tit. 1. part. 5. & Gigas, de pensio. questio. 66. numero 4. nam pretia rerum non ex affectione singulorum neque utilitate, sed communiter funguntur, secundum text. in l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. ut per Franc. Marcum, de off. Delph. 540. num. 34. & sic ad communem aestimationem non vero ad carissimam & parvo tempore duraturam est respiciendum. Imo & inquit Regio. in cap. sedes apostolica, versiculi, clausula num. 2. de rescriptis, quod si in obligatione apponitur pretium fruementi tunc currentis, illud & pretium debetur etiam post succedat major carissima. Et qualiter debet requiritio fieri cum fruementum venditum solvendum est, prout valuerit tali mercato, vide Math. Afflic. decis. Bbb 216.

216. ubi & alia in propositum dicit.

Ibi T que de... modo pan adelantado. lmo quamvis vendatur, vel ematur panis in tempus, quo certum est, triticum plus vel minus valiturum, erit usura * secundum Navar. in manuali Hispano, cap. 17. numero 227. & Sylvest. in summa, verbo usura, 2. num. 2. & novissime per Gutierrez ubi supra, & ibi tradit an liceat tradere frumentum vetus pro novo, de quo & per Franciscum Marcum decisio. Delph. 340. n. 45.

IN LEGEM DECIMAM OCTAVAM.

Deposita publica panis possunt frumentum ante tempus emere secundum dispositionem legis precedentis, habentique prelationem in emptione ipsius frumenti tam contra ecclesiasticas, quam seculares personas, ut pro tanto frumenta retrahere possint.

SUMMARIUM.

1. Publica utilitas privata preferitur, & data publica utilitate etiam ecclesiastica persona comprehenduntur.
2. Publica utilitas multa operatur in jure.
3. Civis preferendi sunt exteris in emptione panis tempore inopie, ubi idem in vicinis ut preferantur.
4. Triticum si cum avena vendatur pro uno & eodem pretio an poterit triticum solum retrahi.
5. Triticum se est venditum, sed non traditum, an poterit pro tanto peti per civem.

Ibi Pan adelantado. Vileta restringere lex nostra legem precedentem, ut tantum in depositis iis & granariis publicis locum habeat, aliter enim non esset necesse legem nostram constituere, eam omnibus a lege precedente servata illius forma id sit permittum, sed quia haec esset nimia restrictio & suppletio ad legem precedentem, id non est asserendum, sed dicendum legem nostram esse ampliatam legis precedentis, ut procedat etiam in iis depositis, idque gratia clarioris dispositionis esse constitutum, nec quid superfluum censendam in presenti statutum, praesertim cum & alia nova a lege nostra statuatur.

Ibi Al bien publico. Quae quidem publica utilitas & privata est preferenda ut hic probatur, & in l. ita vulneratus. §. ita autem ff. ad l. Aquil. & tenet in propositum Avend. cap. 19. praeo. numero 35. versiculo, & racione, libro 1. in casuque ubi datur publica utilitas etiam ecclesiastica personae comprehenduntur, ex l. nullus la 2. & ibi Bart. C. de cursu publico. & in l. 1. titulo 24. ubi dicemus in gloss. clericos, infra isto lib. & ideo nimirum si & ipsis deposita haec preferantur, cum utilitas publica plurima in jure specialia operetur, ut licet videre ex Hippolyto in practica. §. aggregitor. numero 58. usque ad 74. & Mexia, in prag. panis. gloss. 1. numero 3. cum sequentibus pluribus. & ideo etiam in l. 21. infra isto titulo. idem statuitur circa attendatores Latine conductores panis, ut ab eis pro tanto capi possint frumenta & blata per deposita hanc & eorum oeconomis ratione hujus publice utilitatis.

Ibi, Por el tanto. Et hoc nimirum, nam & civis preferendi sunt exteris in emptione panis

† tempore inopie, secundum Mexiam, in prag. 3 panis, conclusio. 5. numero 94. cum sequentibus aliis, & Covar. lib. 3. variat. cap. 14. numero 6. sic & quando res alienatur, preferuntur vicini caeteris paribus, secundum Barthol. Socinum, consilio 45. numero fin. volum. 1. Quid tamen si vendatur triticum cum avena in uno & eodem contractu an poterit retrahi triticum solum, die 4 quod non, secundum Mexiam ubi supra dicta conclusionis 5. numero 129. argum. l. 10. supra isto titulo, quod intellige si respectu tritici datur maior avena, quam valeat communiter, non tamen exceditur tassa nostri text. in nullo, vel quoties non esset empturus avenam sine tritico, si id liceret fieri, secus vero aliud quia tunc si quilibet tritici mensura pro suo pretio, & avena pro suo fuerit conventa, possit triticum solum retrahi sine avena, argum. dicta l. 10. & ibi dictorum. Sed an si venditum sit triticum, non tamen traditum, id emerit, & dicendum est quod sic † ut per Covar. lib. 3. var. cap. 14. num. 6. quicquid velit Matien. hic gloss. 1.

IN LEGEM DECIMAM NONAM.

Nullus alius quam in lege nostra declaratus & secundum ejus formam emere potest panem ad revendum, etiamsi sit de conductoribus panis & frumenti sub nostro text. panis.

SUMMARIUM.

1. Lex nostra etiam ligat ecclesiasticas personas & limitatur.
2. Revenditor non dicitur ille, qui mutat formam ubi & an rivenditor dicitur ille, qui emit magnam quantitatem frumenti ad dividendum inter pauperes cum lucro honesto.
3. Revenditoris poena non punitur emens triticum ad provisionem regie curie.
4. Civitates possunt frumentum emere ad revendum tempore necessitatis.
5. Emens triticum pro provisione suae familiae quod superest potest sine poena vendere.
6. Venditio necessaria non est poenalis, dum triticum auctoritate iudicis venditur ad satisfaciendum creditoribus ubi scus in voluntaria.
7. Poena contra rivenditores panis statuta an habeat locum pane vendito consumpto.
8. Negociator & mercator nemo dicitur pro prima vice.
9. Revenditor nunquam est puniendus pro prima nec secunda vice, an apparense delicto puniatur pro una an vero pro pluribus.

Quae quidem lex singularis est in hoc, & utilitate plena lege jam tamen regia Curiarum de Madrid anni 1571. quae est apposta in l. 4. titulo 25. infra isto libro in novis addit. declaratur, & corrigitur, quoad hos conductores frumenti & bladi, qui quidem possunt frumenta illa ex conductione provenientia revendere dum tamen non sit ultra pretium tassatum a legibus regis metam & pretium univocae sancae constitutibus. Advertendum etiam est ad subscriptionem marginalem nostri text. in quantum reflectitur quo anno, & quo loco fuit haec pragmatica constituta, quia id refertur a recopilatore,

re, nam fuit constituta in anno 1530. en Madrid, jussa tamen servari in cap. 180. curiarum de Valladolid, anni 1548. & in anno 1549. inserta in fine illorum capitulorum de Valladolid dicti anni 1548. ubi id ad conductores frumenti fuit extendum, & in cap. 15. curiarum de Madrid, anni 1563. ad clericos & ecclesiasticos extendi fuit declaratum, prout ego retuli in l. 1. tit. 2. & in l. 4. tit. 3. lib. 5. mei repertorii de cortes, & justum esset ut leges haec servarentur etiam in conductoribus & severe punirentur contravenientes eis.

Ibi. Muchas personas. De clericis ecclesiasticisque aliis † loquitur, sicut & de secularibus, nam cum sit haec lex justa, sancta, honesta & publicae ac communi omnium utilitati convenientissima, omnes ligat, ex iis & ex dicendis per nos, in l. 1. tit. 2. infra co. verb. los clericos, & in propositum hujus legis noster ita asserit D. Salzedo, in additio. ad practica crimini. cano. Ber. Diaz in cap. 55. pag. 169. cum sequitur, ubi tamen concludit & bene quod per ecclesiasticum iudicem tales clerici rivenditores sunt puniendi, qui quidem ecclesiasticus secundum eum ibi extraordinaria poena eos puniet, non vero ordinaria, cum ex vi tantum naturalis rationis clerici ad id adstricti sint, quae quidem naturalis ratio non magis unam quam alteram poenam transgressoribus infligit, & ita inquit ibidem se vidisse pluries judicari ab integerrimis iudicibus ecclesiasticis, etiam Mexia, in dict. prag. taxa panis conclusio 5. num. 41. aliud dixerit. Et placet opinio in hoc dicti Doct. Salzedo, & praesertim quod iudex ecclesiasticus de iis debet contra clericos cognoscere, ex dictis per nos in l. 11. tit. 3. libro 1. fori, prout ibi nos allegat ipse D. Salzedo in pagina 173. cum princip. sequentis, quae cum haec sint ibidem dicta & sint vera & juri consona, nihil est amplius in eis immorandum.

Ibi. Ni los que compraven. Haec est secunda limitatio principalis conclusionis nostrae legis, nam primam apposuit nostra lex in versiculo, por ende mandamos, & nunc haec est secunda in hoc versiculo, ibi ni los que compraven. Tertia tamen erit limitatio in illis, scilicet, qui triticum emunt, non ut vendatur in grano, sicut emerunt illud, sed ut sit eis materia aliquid operandi, puta ut vendatur in pane cocto, & minutim, nam non dicitur rivenditor ille, † qui mutat formam, ut licet videre ex Avend. cap. 19. praeo. numero 36. in princip. lib. 1. & respon. 33. num. 4. concl. 7. & Matien. l. 20. gloss. 2. infra eod. & Mexia, in prag. panis, conclusio 1. num. 179. & 180. quod tamen ibi declarat ipse Mexia, nisi ematur ut servetur in tempus caritatis, nam tunc etiam tali casu esset locus nostrae legi, & ejus poenae. Item intellige, nisi per legem esset prohibitum, prout hodie per novam pragmaticam del pan undecim argenteorum, quod nullus vendat panem coctum nisi ille qui publice ad hoc est constitutus & signatus per iudices populi, quoniam tunc jam quod non puniretur legis nostrae poena, puniretur tamen poena legis illius se prohibentis. Quatio non procedi ex nostra secundum eundem Mexiam, ibi. n. 178. & Francisc. Mar. decisio. 540. n. 43. quotiescunque adest magna panis necessitas, ita quod miserabiles persone emere non possunt, famelicae in recopilacionem. Tom. III.

quae ingens adest, propter quod dives quidam foris emit quantitatem magnam tritici ut dividat eam inter pauperes pretio empto, & adhibito aliquo lucro honesto, tunc enim adhibita licentia Rectoris provinciae, qui hoc casu eam dare posset propter hanc necessitatem, non posset iste dici rivenditor tritici, neque nostrae legis poena puniretur, secundum eum ibi, quod tamen mihi non satisfacit ex toto, nam iudex non potest suspendere legis poenam in aliquo casu, neque contra eam dispensare, & quia faciliter legis nostrae dispositio elidi posset, ideo caute circa haec agendum, ut id non fiat lucri faciendi causa, sed providendi necessitatem occurrentem. Quinto lex nostra non procedit quoad curiam regis † nam in ea licitum est panem hunc in grano ad revendum emere, & hoc propter curiam provisionem, ex text. in l. 2. in vacata. tit. 14. infra isto libro, nisi illam per nostram declares, sed quia est nimia suppletio & recipiatur ibi nihil dicit de declaratione, tenenda est haec limitatio per legem illam. Sexto limitatur noster text. ut non procedat in civitatibus, hanc enim possunt emere ad revendum tempore necessitatis † secundum Mexiam, ubi sup. concl. 1. gloss. 1. num. 53. fol. 20. & Matien. l. 20. gloss. 2. infra isto tit. & haec de causa permittuntur deposita publica tritici quae emunt illud & revendunt in grano cum lucro aliquo, & haec deposita pluries dixi in loco revendorum successisse, & fortassis ipsa fuerunt in causa pretii excessivi tritici & frumenti, & plus incommodi quam commodi attulisse credo, nam cum emant in maxima quantitate triticum, & non perdunt, sed lucrificant, ipsa consumunt frumentum, quod omnino domini eorum tenebantur publice vendere, & dum in publico foro adest magna tritici quantitas vilis est pretium, & ex aliis de causis id aliquando in mentem deduxi, verumtamen ab subveniendum necessitatibus poenae panis profuit aliquando, ideo permittuntur. Septimo limitatur lex nostra ut non procedat in eo, qui non rivenditionis causa, sed suae familiae conservandae gratia emit triticum pro anno toto, & quia recedit ante annum vel ex alia causa id quod superest rivendit, non puniatur aliqua poena, † ex dictis per me in l. 7. tit. 14. infra isto libro & in propositum tenet Mexia, in dict. prag. panis conclusio 1. num. 170. & num. 127. inquit juramento ementis stare sui victus causa, non vero rivendendi emisse, & Additio. pract. cano. Ber. Diaz in cap. 55. pag. 174. col. 2. nisi aliud probetur & praesumatur, quod quando sit declarat per conclusiones Avend. respon. 33. num. 3. cum sequentibus. Octavo limitatur ut non procedat lex nostra secundum Mexiam, ubi supra, cum propter debitum creditori invito auctoritate iudicis triticum adjudicatur, quamvis debitum in pecunia consistat, † quia haec est necessaria datio in solum ex dictis per nos in l. 5. supra isto tit. & libro Avend. dict. respon. 33. n. 4. conclusio 6. nisi secundum eum ibi sit hoc reinedim procuratum, ut rivenditionis esset locus, quamvis contra hanc limitationem tenuerit Matienço, hic gloss. 2. num. 4. & 5. cum ipse contrarium aliud propositum asseruerit, in l. 6. gloss. 1. num. 4. supra isto libro. in donatione tamen in solum necessitaria pro debito pecuniario locus esset nostri text. poenis ex dictis per Matienço, ibi num. 6. & Bbb ij per

per nos, eo quod est hęc venditio, secus vero, si non esset pro pecunia hęc dario in solutum voluntaria, quia tunc cum non sit venditio cessaret lex nostra, ex dictis per nos ibi, & tenet Mexia, ubi supra. Nono & finaliter limitatur lex nostra ut non procedat quoties triticum emptum ad revendendum est consumptum tempore denuntiationis factę, nam tunc non habet locum nostre text. pena 1. saltem quoad condemnandum in aestimatione frumenti consumpti, prout late fundando tenet Avenda. *dist. respon. 33. in princ. usque ad num. 3.* de qua quidem doctrina multum dubito, quia lex nostra non requirit apprehensionem frumenti, sed solum emptionem ad revendendum, ita ut si probetur emisse ad revendendum, quia ipse sic dixit, & apparet etiam ex eo quod magnam tritici quantitatem emit, quamvis illud nondum revenderit puniatur hac pena, secundum Avend. *ibi paulo ante num. 1. & n. 3. in principio & Matienço hic gloss. 2. num. 1.* si igitur in hoc casu puniatur, & fortiori puniatur, si revendat, quia tunc constat de vero animo revendendi, sed data revenditione, est clarum triticum non esse in sua potestate, igitur lex nostra utrumque casum comprehendit, & sic dubia mihi videtur doctrina illa Avenda.

Ibi. *Por la primera vez.* Nisi lex hęc diceret & infereret verba, teneri posset legem nostram non habere locum in illo, qui prima emit vice triticum ad revendendum, cum pro prima vice nemo dicatur negotiator & mercator 1. ex Bart. & omnibus in *proamio ff. veteris*, & ex dictis per nos in *l. 7. titulo 14. infra isto libro*, & ex dictis per Additionat. *tract. Ber. Diaz. 53. pagina 166. versicul. & hujus rei*, sed cum lex nostra etiam in prima vice loquatur nihil est de hoc dubitandum. Et quid si nunquam fuit punitus cum bis & ter id fecerit, an duplici pena teneatur, & Matienço, *hic gloss. 3. numero 3.* inquit tantum una esse puniendum, & verius hoc dicit, quidquid velit se contrariare in numero 4.

Ibi. *Tansi mismo a los arrendadores.* Per novam pragmaticam hoc est alteratum & correctum, ut dixi in principio hujus legis.

IN LEGEM VIGESIMAM.

Obligati & populorum provisores piscariorum, qui Latine ceterarii vocantur, possunt pro tanto pretio capere piscaria ab ementibus ea ad revendendum, dum tamen expendant illam in provisione sua obligationis sub nostre text. pena: & concurrentibus obligatis cum dardanariis, obligati preferendi sunt.

SUMMARIUM.

1. Obligatione publica obstricti omnibus venientibus tenentur providere licet possint petere ut crescat pretium crescente multitudine.
2. Obligati publice vccaria an possunt petere se preferri aliis non obligatis in emptione carniun.
3. Consuetudine an possit induci ut unus tantum vendat carnes, pisces vel piscaria in populo, & numero 4. an pacisci de hoc possit.
4. Pretium taxari potest rebus ad victum necessariis.
5. Actum facienti ex necessitate magis succurritur quam si ex voluntate. ubi quid respectu meriti.

Ibi *Obligados.* Qui quidem etiam crescente multitudine populorum tenentur dare venientibus emere 1. quicquid petrum fuerit sue obligationis, licet petere possint quod pretium cretascit si superveniat magna inopia & carstitia, secundum Avend. *c. 19. prout n. 35. versicul. inter alia, cum sequentibus, lib. 1.* id tamen iustitia & decuriones cum maturitate debent providere ne passim excessiva pretia auceant, maxime si tales obligati in annis precedentibus lucri fecerunt in illa obligatione magnam pecunie quantitatem.

Ibi. *Por el tanto.* Sed an legis nostre dispositio extendatur ad alios aliarum publicarum obligationum obligatos & Matien. *hic gloss. 1.* inquit non extendi, cum hoc sit speciale in venditione cete vel piscium, neque ad alios extendendum nisi in casu legis sequentis, contrarium tamen tenetur 1. quoties adest carnis penuria, ex dictis per Covar. *lib. 3. curiar. cap. 14. n. 6. cum sequentibus, & Mexia, in prag. panis, conclu. 1. in princ. n. 2. cum sequent.* cum & in aliis obligatis publicis eadem tunc sit ratio, que in nostra lege assignari potest in iis obligatis piscium & cete, & ideo eadem debet esse juris dispositio, neque ulla magis specialitatis ratio in uno quam in alio obligato dari potest.

Ibi *Para revender.* Hinc inolevit consuetudo immemorialis & apud omnes recepta populos pro publica utilitate, ut ex locatione concilii per publicum preconem unus dumtaxat carnes, pisces, olcum, sal, vel vinum 1. vendat certo pretio, que consuetudo rationabilis est & plena utilitate, & quando non adest qui ad hoc velit se obligare ipsam civitas proponit & nominat personas que publice hoc adimpleant certo pretio taxato, nam in rebus necessariis ad victum 1. taxari potest pretium, secundum Bal. *in l. 1. c. de episc. aud. & ibi Sali. & Fran. Mar. decis. Delphi. 549. n. 42. & 43. & dixi in meo tract. de Decur. lib. 1. c. 18. n. 26. cum 3. sequent.* ubi an possit concilium pacisci cum obligato ne alius possit vendere carnes aut pisces contra ejus voluntatem, & an possit majus pretium constitui forensibus quam civibus.

Ibi. *Preferase el obligado.* Hic habes text. optimum probantem magis succurri agenti actum 1. ex necessitate, quam ex voluntate, similis ex text. in *l. si si quis. §. si necessaria. ff. qui ser. cog. & sic respectu meriti plus meretur qui aliquid facit ex precepto, quam ex voluntate, secundum gloss. que sic debet intelligi in *cl. 1. verbo. seipsum. de relict. & ve sanc. gloss. c. licet. de voto*, licet respectu laudis magis sit laudandus faciens actum ex voluntate, & sic procedit gloss. *in c. nunquam 56. dist. afferens natum ex parentibus prorsus alienis 1. virtutibus dum tamen ipse sit bonus, meliorem esse quam ille, qui natus est ex bonis parentibus, licet emper etiam sit bonus, ultra DD. ibi commendat cum Barbat. in cap. 1. nota. 1. extra. de donat. Abb. ca. 1. n. 4. de preben. probat. optima l. 6. tit. 9. par. 2. & sic magis est remunerandus qui a majoribus nobilissimus, ut tradit gloss. *del linage. in proamio prima partite.* & Ang. in *summa verbo votum 5. q. 2. & Castro, adversus hereses, verb. votum & alibi dixi in tracta. de Decurio. & ibi declaro.***

IN LEGEM VIGESIMAM PRIMAM.

Populi possunt a conductibus frumenti capere matriciam ipsius frumenti ex conductibus talibus percepti, pro provisione ipsorum populorum habito respectu ad pretium a conductibus solvendam.

SUMMARIUM.

1. Ob provisionem depositorum publicarum prohibita est ne ipsorum nummi in alios convertantur nisi.
2. Cives divites compelli possunt pecunias mutare pro provisione populorum.
3. Usura an sit, civem mutuamem ad publicam provisionem faciendam, quod interim quod nummi mutati non sibi solvantur, esse inannem a collectis.

Ibi. *Provision de las albondigas.* Ob quam faciendam provisionem & ne deficiat provisio in eis, non licet iudicibus & populis ipsius nummos ipsorum depositorum panis, vel alierius sustentationis publicę capere, & in alios usus convertere 1. etiam per viam mutui, ex text. in *l. 2. & fin. C. de iis qui ex pub. colla. libro 10. & ibi Bar. Bal. Platea, & omnes nisi adit superioris & sic regis licentia & concessio, que difficillime aut nunquam concedi solet, & jure optimo, ad idem est text. in *l. si. C. de colla. fin. patri. & in l. 1. C. de frum. urb. consil. lib. 10. l. 1. & l. 2. §. quod de frum. jurat. §. ad frum. versum autem ff. de adm. rerum ad civi. pertim. l. 1. & 2. C. de iis qui ex pub. ratio. lib. 10. l. 3. C. de cano frum. lib. 10. optima. l. si. C. de colla. fin. patri. & Emphy. lib. 11. Fran. Marc. *decis. Delphi. 546. n. 3.* & habemus hodie pragmaticam novam, de las albondigas, sic jubentem & penas imponentem contravenientibus. Item & pro hac publica provisione faciendi possunt cives divites & qui commode possunt compelli 1. mutare pecunias, ut per Avend. *c. 19. prout. num. 34. lib. 1. & iterum in cap. 14. n. 9. lib. 2. & Mincha. de controversiis illustribus, lib. 1. c. 6. n. 7. & 8.* ubi an possint usuras petere, & Octavianus, in *decis. pedemon. 95. nu. 8. cum quatuor sequentibus*, tractat an sit usura dum communitas mutuo accipit ab incola apponere pactum quod donec solvatur sit immanis 1. a collectis, & Rip. *de pest. tit. de reme. praser. n. 185.* hęc tamen cum maxima consideratione sunt faciendi & ubi aliter necessitas publica subveniri non possit.**

Ibi. *De los arrendadores.* Ampliat dispositionem *l. 18. sup. eod.* in emptione panis tantum jubentis preferenda esse deposita emptoribus panis, nam idem dicendum est *ex lege nostra*, contra conductores panis quoad medietatem panis ex locatione resultantis ut pro tanto capi possit, & est singularis lex & utilis & fundatur ex dictis per Covar. *lib. 3. var. c. 14. num. 6.*

Ibi. *El precio a como les saliere.* Dum tamen non excedat taxam panis a legibus nostris constitutam, nam ipsi conductores non possunt ultra taxam vendere, secundum novam pragmaticam ipsis permittentem vendere panem locationis de qua in *l. 9. in fi. sup. isto tit. nemini imputent enim sibi conductores panis, qui ita care conduxerunt, nam ipsi nihil ultra taxam capere possunt, etiam si* *Azvedo in Recopilationem. Tom. III.*

respectu suę locationis plusquam pretium taxę ipsi præstiterint, & sic schedula regia, vulgo *carta acordada*, vidi anno 1579. in facti contingencia iustum & declaratum generaliter, & hęc schedula cui eam petierit dabitur in regio consilio.

IN LEGEM VIGESIMAM SECUNDAM.

Filiusfam. vel minor sub patris tutoris vel curatoris potestate constitutus obligatur ex contractibus in tempus matrimonii vel mutationis status constitutus etiam si adit juramentum, & puniuntur pro xenete talium contractuum, & tabelliones coram quibus conficiuntur, & mercatores argentarii cum eis contrahentes secundum legis nostre dispositionem.

SUMMARIUM.

1. Filiusfam. ita in foro poli sicut & fori preest uti exceptione Macedoniana.
2. Filiusfam. etiam si renuntiet Macedoniano jure utitur ejus privilegio, & nostre text. privilegio ut ibi.
3. Minor si circa utilia contrahat cessat lex nostra & non procedit.
4. Filiusfam. si vivo patre vendat rem an eo mortuo tenebitur.
5. Contractus minoris si sonet cum tertio aliquo qui quidem nihil recepit, sed minor in effectu, non tenetur tertius ille.
6. Contractus a minore factus contra legis nostre dispositionem non firmatur juramento, etiam si minor assereret se patrem familias, ut ibi.
7. Juramento non firmatur contractus a minore factus ad creditum ad tempus matrimonii.
8. Mercatores mercantias vendentes non possunt eas ab emptoribus recemere injusto pretio.

Quam quidem legem possumus dicere esse longiorem quam §. *Callimachus. l. qui Roma ff. de verbo. obligatio.* quem ibi ut longissimum notant Doctores, est tamen lex nostra sancta, justa & utilis si servaretur, vel ut melius loquat exequeretur, sed plerumque leges ut justiores ita negligenter executores habent, & est ampliativa totius materie senatus consulti Macedoniani, secundum quem senatus consultum, filiusfamilias in patris sui potestate existens, si recipit ab aliquo certam pecunie quantitatem mutuo, licet obligetur naturaliter & civiliter, non tenetur in effectu, potest liquidem exceptionem Macedoniam opponere, qua quidam juxta jus civile & partitum excusatur, & liberatur filius a tali solutione *l. 1. & per totum ff. ad Macedonia. §. illud, infra quod cum eo. l. 4. titulo 1. partite 5.* Adeo ut in foro 1. conscientie non teneatur filius, secundum Innocent. in *cap. quia plerique de immu. ecclies.* quem ceteri sequuntur teste Antonio Gomez, *tom. 2. cap. 6. numero 2. & gloss. 2. l. 4. titulo 1. part. 5. Covar. in cap. quamvis pactum 2. p. §. 3. n. 4.* plures ad idem allegat, quamvis ipse contrarium velit. Secundo juvatur filiusfamil. Macedoniano, etiam si ipsi renuntiaverit, 1. quoniam non tam sui favore quam patris est introductum, atque ideo renuntiatum nihil obstat, ut in *l. tamesi ubi gloss. & Doctores, ff. ad Macedo. & comm unem testatur Covar. ubi supra.* Ampliatur tertio *ex lege nostra* ut non solum in

matuo non obliget filiusfamil. verum neque in aliis contractibus in lege nostra declaratis, & sic hanc scire necesse est pro fundamento dicendorum super ea.

Ibi. *Ningun hijo familias*. In exortationem & declarationem hujus legis & ejus materia plura dicitur Didacus Perez, lib. 3. ord. a cel. 1033. in principio, usque ad col. 1039. in princ. ubi declarat ejus materiam per declarationes limitativas & ampliativas, & Dac in reg. 307. & Anton. Gom. tomo 2. cap. 6. numero 2. & novissime per concivem nostrum Doctorem Gutier. in *Amb. sacra-* mento pube. a num. 47. usque ad 73. C. de res. ven. & Mincha. de success. creat. §. 85. num. 51. cum sex sequentibus. ubi illum limitat, ut non procedat quoties constat * in filii commodum resultare, ita quod patri non fuit damnatum illatum pro quo faciunt etiam dicta per Symancas, de instrum. tab. tit. 9. de bonis hareticorum num. 43. cum pluribus sequentibus, & probat l. 6. tit. 1. par. 5. quae cum in utilibus minori loquatur non censetur per legem nostram correctae, sed potius nostra ex illa est declaranda, quamvis Doct. Gutierrez ubi sup. numero 71. & 72. velit illam per nostram corrigi, mihi tamen id non videtur, sed potius declarandam nostram per illam, ut inutilibus minori in quibus lex illa pariter loquitur nostra non procedat, cum non sit novum leges posteriores per priores intelligi & e contra, & lex generalis non corrigat specialem, sed potius restringitur ex dispositione legis specialis, & quid si contrahant ad redimendum se, parentem vel fratres a captivitate dic quod valet contractus talis, secundum Pelaez, de nobil. 4. parte questione 1. limitatio. 4. num. 5. Sed an si filius vivo parte vendat rem patris, tenebitur post mortuo patre stare contractus, Tiraquellus in legi. consubstantibus, glos. 8. numero 102. communem dicit quod sic, licet numero 107. contra tenentes allegat, in terminis tamen nostrae legis virtute suae dispositionis dubio de hac communi.

Ibi. *Seguridad*. Adeo ut etiam contractus sonet cum tertio aliquo ut legi nostrae fraus fiat, si tertius nihil recepit sed minor, tertius ille hoc probato non tenebitur, quia non ille sed minor fuisse videtur, prout in simili inquit Deci. consilio 543. num. 15. cum sequentibus.

Ibi. *No los o torquen ni juran*. Sed quid si juraverint an validabit juramentum tales contractus, dic quod non, tam quia ex natura & conditione rei gesta prohibetur, quo t casu non firmatur juramento, secundum Villalobos in *Arario mille com. opini. litera 1. numero 200.* quam quia dolus praesumitur per text. Socin. Junior. consilio 3. num. 34. volum. 2. & per Villalobos, ibi numero 238. & ita tenent supra allegati in prima glossa & in terminis similis dispositionis ita tenet Thom. Grammatici. de cista. Necap. 12. per totam sic dicens votatum. Imo & plus ibi dicit scilicet quod quamvis filiusfamil. adereret se patrem fami. adhuc non teneret obligatio neque contractus, & ultra Paul. & Abb. per ipsum Grammatici. ibidem allegatos sic consulunt Socin. Junior. dict. con. 3. volum. 2. a numero 15. usque ad 34. ubi respondet contrariis, & numero 8. asserit posse confessionem hanc revocari, ut erroneam, quamvis concivis nosser Doct. Gutierrez, in dict. *Authen. sacramen. pube. numero 55. cum sequentibus aliqui-*

bus aliud velit dicere contra Grammat. cum non allegans, sed procedere posset ejus opinio quoties iusta ignorantia daretur in contrahente, puta si est exterus. ut per DD. l. 1. C. ad Mact. & Anton. Gomez, dict. cap. 6. numero 2. limitat. a tomo 2. v. a. i. & est notandum quod secundum magis communiter a DD. asserunt teste Socin. d. consilio 3. num. 45. potest agi contra contractum talem per minorem juratum, etiam nulla praehabita relaxatione juramenti, sed cautius faciet si relaxationem petierit quoad effectum agendi & excipiendi. Et an lex poterit prohibere juramenta, dixi in l. 11. titulo primo, libro quarto, sup. & cum lex nostra fraudulentos & dolosos reddiderit contractus per minores hos & filiosfamil. gesto. potuit optime directe prohibere jurari secundum communem asserunt per Doct. Gutierrez ubi supra, num. 45.

Ibi. *Ni juran*. Sed an si jurentur in hoc secundo casu cum ad creditum, datur in tempus successione vel bonorum t habitorum solvendum firmabitur juramento, dic quod non, cum D. Gutierrez, in d. *Authen. sacramen. pub. mini. 48.* contra Didac. Perez, ibi allegatum, quia daretur votum captandae mortis.

Ibi. *Tan an a recobrar ex baxas precios la dicha plaza*. Quod maxime de jure probatum est teste Cov. lib. 2. var. c. 3. num. 6. & in conscientia t id fieri non potest si sit in minori pretio quam pio, secundum Navar. in *Hispan. cap. 28.* in additione ad capitulum 23. manualis numero 791. folio 54. ubi & alias proponit quaestiones in legis nostrae propositum, & legem nostram iustissimam esse testatur, & de dictis contractibus ad creditum pretio exorbitante factis novissime tradit concivis meus Doct. Gutierrez, in suis quaestionibus canonicis cap. 39. per totum. Alia adducta per Matienzo, hic concernunt potius materiam Macedoniani quae in suis locis ordinari traduntur & per Doctores, ideo tanquam extranea a materia nostri text. omitto, ea per ipsos videbuntur Doctores, & an si minor existens extra regnum nostrum negocietur contra legem nostrae tenorem valebit factum ab eo, vide Pelaez, de majorat. 1. parte, questione 58. numero 9. cum sequentibus aliquibus.

IN LEGEM VIGESIMAM TERTIAM.

Curatores vel alii administratores non possunt sub legis nostrae pava emere bona aliqua eorum quorum administrationem gerunt, idemque quoad executores testamentorum lex nostra disponit.

SUMMARIUM.

- 1 Administratores bona eorum que administrant emere non possunt, cum fallentis & ampliatio. & num. sequentibus.
- 2 Capellanus bona sua capellaniam emere non potest.
- 3 Palam etiam non licet administratori aliquid emere de bonis administratis, & ibi quando palam quid dicitur fieri, neque per aliam personam, ut ibi num. 4. & 11. & nu. 5. etiam si iudicis autoritate fieret, nisi esset utile minori, vel si iusta alia causa adesset, ut ibi & n. 9. quid si juret minor.
- 7 Administrator etiam si nobilis non evitabit legis nostrae pavan si contra eam fecerit.

8 Tutor

- 8 Tutor cui non est decreta administratio, tanquam extraneus emere potest.
- 9 Mulier potest esse executor testamenti etiam si secundas contrahas nuptias.
- 10 Commissaria etiam ad faciendum testamentum potest esse femina.
- 11 Emptionis appellatio omnis contractus per quem dominium transfertur comprehenditur & n. 12. nisi ut num. 17.
- 13 Donacionis contractus an & per legem nostram censetur prohibitus, & ibi an per cessionem, & an si doneatur consanguineo tutoris, vel famulo tutoris, ut ibi.
- 14 Testamento etiam an prohibeat lex nostra aliquid dari tutori per minorem, & nu. 16. an per donationem causa mortis, & limitatur.
- 15 Prohibitus alienare per contractum inter vivos non censetur per ultimam voluntatem prohibitus, & num. 17.
- 18 Corrector prohibitus emere non censetur prohibitus hares institui.
- 19 Tutor succedit pupillo deficientibus consanguineis.
- 20 Tutor aut curator an possit rem minoris in pignus accipere.
- 21 Emere prohibitus non erit prohibitus in pignus accipere, si adesset spes luionis.

Ibi. *Capellano o guarda de huorvagos*. Lex haec processit a lege non licet. ff. de contraria emp. cujus verba sunt: non licet ex officio, quod quis administrat, emere t quid per se vel aliam personam, alioquin, &c. facit etiam text. in l. 14. infra tit. sequente, & est etiam text. in l. in emptionem §. tutor. ff. eo. tit. de contr. emp. probat. text. in l. fin. tit. 5. part. 5. versio. pero decimos. idque per regulas & fallentis profectus est Duen, in reg. 31. ubi tres aut quatuor rationes conclusioni huic assignat, & ampliat & limitat modis aliquibus, quae ante cum posuit Rebuff. in 2. tomo. consil. Franc. vic. de donat. & alius dispo. glos. 2. per totam, quoad nostram tamen materiam ut ab intentu nostro non recedamus. Primum ampliatur nostra conclusio ut procedat etiam in capellano alicujus capellaniam, t qui cum sit administrator bonorum ejus, non poterit ejus bona emere si vendantur, cum actio & passio non possint circa eum concurrere, neque possit quis rem suam emere. Secundum ampliatur, quod etiam palam fieret t emptio talis & bona fide, adhuc tunc non licet administratori eam emere, ut patet ex text. hic, ibi, publica ni secretamente, in correctionem gloss. communiter approbat in dict. l. si in emptionem §. tutor. asserentis, quod si palam & bona fide emptio talis fieret, valeret, ex text. in l. cum ipse C. de contr. emp. tenet Bart. & DD. in l. tutor. rerum ff. de admitt. tut. & in l. si in empt. §. si. eo. tit. late Bart. in l. pupillus §. si. ff. de auct. pref. Alex. & DD. in l. singularia num. 5. ff. si ceper. & in l. 1. §. facti. quaestum ff. ad Trebellian. ubi Jac. numero 19. & glo. l. 4. tit. 5. part. 5. hanc communem dicunt ex Bar. in d. l. pupillus §. fin. & Sali. in dictal. cum ipse. & Abb. in cap. cum in jure peritis, num. 4. de elect. & Pala. Rub. in Rub. §. 9. num. 11. tuncque dicebatur palam & bona fide fieri si intervenientibus amicis illius pupilli, res comparabatur a tali administratore, secundum Bar. in l. frater & fratre, numero 51. ff.

de cond. ind. quem sequitur ultra DD. ibi Boer. decis. 100. incip. presentia consiliorum, Hippol. Singul. 417. incip. presentia consiliorum, & sing. 673. incip. nonnulla, & Ruinus, consil. 98. numero 24. volum. 1. & alii relati per Menes. in transfectionem numero 7. C. de transfectione, qui tamen in hoc assentit dict. Bal. scilicet quod & tunc autoritas iudicis requiratur, vel alterius contutoris, vel coadministratores ut palam & bona fide fieri dicatur, prout volui probare l. 4. tit. 5. ibi. fueras ende. & mihi hoc placet, hac lege partitarum attenda. Ex lege tamen nostra cessant jam hodie jus civile, & dictae legis partitarum jus, ita ut etiam palam & bona fide fiat talis emptio, nullo modo liceat talibus administratoribus emere rem aliquam ex illis, quas administrant, ut constat ex lege nostra in vestisculo, publica o secretamento prout ea attentat dubitavit gloss. de auel in dicta l. 4. & tenet Menes. ubi supra, & Villalobos in antinomia juris civilis & regni litera T. numero 21. & iterum in *Arario com. opini. eadem litera T. numero 232.* & Castill. l. 27. Tauri gloss. magna volum. 18. & Anto. Go. to. 2. c. 1. numero 2. in fi. & Duen. ubi sup. ampli. 8. in fi. & ita teneo, nam si de jure civili palam id dicebatur fieri, quod fiebat alio contutore autore, & intervenientibus amicis & lex nostra etiam palam fiat prohibet, ergo jus civile & lex illa partitae hodie non procedunt, & ita teneo etiam Matienzo, hic, glossa fin. numero 3. aliud visum fuerit, & Doct. Gutierrez, in tractat. de jurame. confirmato. 1. parte. cap. 40. numero 2. & Didac. Perez, l. 1. tit. 5. libro 5. ordi. nisi dicamus & hodie procedere illi utile esset minori, ut infra dico. Quod etiam verum est in parte administrante bona adventitia filii, ut in hac lege in glossa. administrare dicemus Imo & non solum ipse administrator id non poterit, verum neq; alius pro eo & sic per interpositam personam, & hoc denotant alia verba nostri text. secretamente, & ex text. in dict. l. non licet ff. de contr. emp. neque unus executor ut alio, nam quod meo non licet nomine, neque alieno licebit, & qui per alium facit per seipsum facere videtur, ex juris principii & ex dictis per Decium consilio 543. numero 15. cum sequentibus. quamvis Bartolus, in l. 1. C. de contr. emp. aliud velit, & quamvis Rebuffus, in 2. tomo consilium. Franc. titulo de donat. & aliis dispo. glossa 2. num. 5. & 6. aliud velit, quorum doctrine, lege nostra attentat, procedere hodie non poterunt, nam & emere prohibitus non poterit id facere per filium, vel servum, secundum glossam, in capite plerique 14. questione 3. & facit cap. inquirendum, de Pecunia. Doctores, in l. acta C. plus valere quod agitur. Adeo ut etiam iudicis t autoritas interveniat, nihil fieret, eo quod esset etiam contra legis nostrae prohibitionem, ut & tenet Duenas, dicta regula 31. ampliatio. 9. & voluit Menes. ubi supra, & melius Rebuffus, in 2. tomo consilium. Franc. titulo de donat. & aliis dispo. glossa 9. num. 8. nisi secunquam eundem Duen. ibidem emptio talis esset utilis minori & sic ex magna causa facta, nam tunc cessaret legis nostrae praesumptio, & ejus dispositio interveniente iudicis & alterius contutoris aut coadministratores autoritate si alius adesset, & sic posset & hodie procedere dict. l. 4. tit. 5. parit. 5. ut non corrigatur, prout

ibi sentit glossator, & Duen. ubi supra, maxime in 5. 7. limitariis, vel posset esse justa causa si forte res illa vendenda fuerit aliquando majorum ac predecessorum talis tutoris & administratoris, nam tunc ne exiret a familia palam & bona fide posset administrator illam licite emere iudicis autoritate & coadministratoris interveniente, argu. tex. ad hoc optimi & singularis, in l. qui officii in principio ff. de contrahen. emp. & sic retractu jure sanguinis uti posset talis administrator, nam tunc ob affectionem censetur retrahere, & ab ipso minore non retrahit, sed ab emptore, & sic cessat fraus, & per illum tex. in iudice prohibito emere tenuit Anto. Gomez, l. 70. Tauri. num. 12. quæ ut nova ita consideratione digna esse reputo, antequam actus fiat & emptio celebretur. Deficiente tamen utilitate minoris (ut ad instituta redeamus) etiam si iudicis autoritas interveniret & alterius coadministratoris nulla esset emptio, & administrator emens incurreret penam, licet esset minuenda iis intervenientibus cum autoritas iudicis multum ad hoc juvet, & ultra dicta quod nulla sit talis venditio facit, quia sublatio est fraudis exclusiva, secundum Avend. cap. 12. pratorum num. 1. libro 2. & nihilominus tunc est locus dispositioni nostri text. generaliter loquentis, igitur quamvis autoritas iudicis interveniat, nihil juvabit. Idem & ampliatur legis nostræ dispositio, ut quamvis minor & juret talem emptionem non validabit eam, arg. dictorum, per Jaf. in Auth. sacramen. pub. num. 49. cum 3. sequen. C. si adversus vend. & per Rip. respon. 138. numero 11. & 12. nam cum contractus iste sit nullus alia ratione quam minoris ætatis, scilicet propter dolam præsumptum ex parte tutoris & administratoris cum minore contrahentis, nihil minus si juramentum nihil operetur, secundum dictos DD. de hac vero ampliatione late tractat concivis noster Doctor Gutierrez, in tract. de juramen. confirm. 1. p. cap. 40. numero 3. cum sequentibus, ubi eam reputat difficilem, & tandem tenet juramentum confirmari, prout & tenet Spin. in Specul. testamen. gloss. 9. princ. numero 63. de quo tamen dubito, eo quod lex nostra loquitur per verbum, non pcedat, quod quidem inhabilitat, & impossibilitat ad contrahendum, insuperque invalidat emptionem, ergo juramentum nihil operatur: nam quoties astitit, resistit, & annullat, nihil operabitur ex dictis per DD. in l. non dubium. C. de legibus, eo quod tunc non nascitur civilis neque naturalis obligatio, & sic juramentum nihil operabitur, ex dictis per nos l. 1. gloss. 1. versiculo, item quia, in l. 1. supra isto libro, & per eundem Gutierrez, in eo. tract. 1. p. cap. 5. num. 28. & præsertim num. 31. & quia aliter faciliter elideretur legis nostræ dispositio. Ampliatur etiam lex nostra ut procedat, etiam si talis tutor & vel administrator esset nobilis, nam lex nostra generaliter loquitur, & omnes comprehendit, & sic in omnibus est intelligenda, & quia si in casu in quo adest iudicis autoritas & emptio sit palam, ubi poterat cessare fraudis præsumptio, adhuc lex nostra procedit, ut supra diximus, cur & non idem erit dicendum in tutore aut administratore nobili, quamvis de jure aliud esse, ex l. pupillus. §. sed & si versiculo, sane sequidem. ff. de admi. tut. asserbat Cæpola, in tractu. de im-

perfecto mili. in materia nobilitatis, privilegio 17. referet Pala. Rub. in Rubr. de donat. char. 4. & Olalora, de nobilitate 5. parte. cap. fina. numero 15. sic limitando Bartolum, in l. nemo. ff. de duobus reis, & in l. si pupillus. §. recte ff. de aqua plu. arden. & Matienço, hic, gloss. fin. in fine, per textum tamen nostrum id non esse tenendum credo, prout tenuit Doctor Heredia, in suo libro vocato, Dechado de Jure, fol. 35. in parvis. Tutor tamen cui non est decreta administratio tanquam extraneus emere poterit & ex text. in l. tutores ff. de aut. tut. Bartolus, in dicta l. pupillus §. fin. Matienço, hic gloss. fin. in fine. Pro limitatione tamen hujus legis videndus est Duen, dicta reg. 31. à quo desumpsit Matienço, hic glossa 1. & ipse Duen. desumpsit à Rebuff. in dicto 2. tomo titu. de donatio. & alius dispo. gloss. 2. por totam. eorum tamen limitationes ex dictis supra percipies an vera sint & tenendæ lege nostra attenda, nam eorum solum illam amplectimur, ubi minori commodum resultat, vel adesse ingens & magna causa, ut administrator illi faceret, & tunc etiam iudicis autoritatem requiretur & pretium justum. Et post hæc vidi Doctorem Spino ubi supra, numero 59. & 60. dum in solo casu utilitatis minoris legem nostram limitat. alio vero limitationes, scilicet, cum à parte pupilli tutor emerit, & non erat ei traditio facta, quod mortuo patre, & existente ejus filii tutore posset capere possessionem, quid dubii in hoc adest? certe nihil cum à pupillo non emerit sed à patre ejus. Alia itidem limitatio, scilicet, quod minor finita tutela possit approbare, dum tamen tunc valeat à tempore approbationis, itidem est subtilis & indubia limitatio, si talis limitatio dici potest.

Ibi. O guarda; Et sic non tam curatorem quam tutorem lex nostra comprehendit, imo & quamvis tantum de tutore loqueretur, adhuc de curatore intelligi debet, ex dictis per Baecam, de decima tut. c. 3. num. 11. cum sequentibus pluribus, maxime numero 21. præsertim cum lex nostra loquitur in hoc verbo, in guarda, & infra dum dicit, De aquo o aquellos que administrare.

Ibi. O nnger. Nam & mulier potest esse executrix testamenti, ut in l. à filio, ubi Bar. num. 1. & Doct. notant ff. de alim. & leg. leg. cap. nos quidem, de testam. gloss. in c. 2. ubi Joan. And. & Docto. communiter, de testam. in 6. Bart. & Deci. num. 21. in l. 2. ff. de reg. juris, Specul. in tit. de instrum. editi. §. nunc vero, numero 76. dicens, hoc servari consuetudine, Covar. in cap. raa, numero 5. de testam. ubi hanc dicit communem. Deci. consil. 91. numero 1. idque adeo verum est, etiam si secundas contrahat nuptias, nam quamvis per eam contra hunc amittit tutelam filii, non tamen amittit hoc executricis munus, secundum Bart. in d. l. à filio numero 2. Bald. in auth. eisdem parvis. C. de secun. nup. ad fi. Deci. in d. numero 21. & Covar. ubi supra. imo & commissaria ad faciendum testamentum potest esse femina, secundum Pala. Rub. in l. 31. Tauri numero 36. & sequentibus, & Cifuen. numero 3. & Ant. Gom. ibi numero 4. & Tellus Fernandez, in fine, idque probant dicto assumpto, quod femina potest esse executrix testamenti, pro quo est text. expressus hic in iis verbis: potest etiam mulier esse tutrix & curatrix filiorum suorum, ut per totum quando mulier

mulior. inter officio fungi possit. & per plures leges titu. 16. p. 6. & ideo merito lex nostra de muliere etiam sermone fecit, ne videretur à legis nostre dispositione exclusæ.

Ibi. No pcedat. Actus impossibilitatem inducunt hæc verba, & nullitatem contra factorum, ut diximus in l. 1. au. 2. tit. 3. supra isto lib. in gloss. ne pcedat; & sic neque per se neque per alium ex dictis per Menoc. de arbit. judic. cent. 5. casu 459. per totum, ubi de iis tractat, & in hac diximus lege.

Ibi. Comprar. Ad aliam quancunque alienationis speciem per contractum extendens, nam emptionis appellatione omnis contractus per quem dominium transferretur continetur, secundum tex. in l. statu l. veri à ceteris. §. quintus & ibi gloss. ff. de statu lib. quem & alios allegat Dueñas, in reg. 239. licet improprie hoc sit, secundum Menel. l. voluntas num. 8. C. de fideicom. & per consequens donatio fit censetur per legem nostram etiam prohibita, ut expresse in simili dispositione tenet Rebuff. in 2. tomo consil. Fran. tit. de donatio. & alius dispo. gloss. 2. & gloss. 9. num. 2. & novissime Doctor Gutierrez, in consil. 14. num. 13. & 14. ubi ampliatur, & Dueñas, dicta reg. 31. amplif. 2. & 3. & per consequens neque cessionem cum vim donationis habeat. l. pen. & sequen. C. mandari, neque acceptationem, secundum Rebuff. in d. gloss. 2. num. 2. & 3. imo & si donaretur consanguineo tutoris idem esset secundum Rebuff. ubi supra gloss. 5. in fi. vel famulo tutoris in competationem serviti à tutore facti ipsi pupillo, quia domino dare videtur, secundum eund. Rebuff. ibi gloss. 9. numero 6. five, secundum eum ibi nume. 7. donentur res mobile sive immobiles: per testamentum tamen vel aliam ultimam fit voluntatem femota fraude bene id liceret, quia text. non solum prohibet per contractum, non vero per ultimam voluntatem, & sic non est aliud extendendum, etiam si Dueñas, in dict. regula 31. amplif. 6. aliud dicit, nam Francie constitutio, de qua per Rebuff. ubi supra ut ex eo ibi apparet gloss. 3. & 6. expresse disponit, ut idem sit si per testamentum, quod tamen lex nostra non declarat, ideo non mirum si ibi id asserat Rebuff. & nos negemus quantum ad legis nostre dispositionem, & ejus pæne incursum, & quia prohibemus alienare per contractum inter vivos non censetur prohibere per ultimam voluntatem, secundum text. in l. ex hoc edito. §. alienare. ff. de alien. jnd. mut. causa fact. quem ad hoc alia in proposito allegando not. Baeca, de non melio. diti. cap. 20. num. 8. & 9. & 10. & Tiraquell. de retrat. titu. 1. §. 26. gloss. 1. num. 5. & an idem sit per donationem fit causa mortis, decerpis ex dictis per Baecam, ubi supra, cum sequentibus numeris, hæc tamen intelliges nisi probetur, fraude, dolo aut vi tutoris aut curatoris minorem inductum ad institutum tutorem in testamento; nam tunc secus esset. Item & attentari posset legem nostram tantum in emptione & venditione loqui, eo quod geminat bis & iterum verbum hoc, comprav. & comprav. quasi hæc geminatio operetur ut in alio contractu locum non habeat, ex dictis per DD. l. Bal. ff. ad Trebellia. & Everar. in centuria locorum, loco à geminatione, & quia hæc est materia pænalis, pro casu emptionis vel venditionis in Recopilationem. Tom. III.

uonis appellatione de illa sola fit intelligitur, secundum An. de Burgos, in rubrica eols. ff. de empti. & vendi, sed quia in donatione, & alius contractibus eadem militat ratio, in eis etiam erit locus dispositioni legis nostre, licet non per testamentum, vel aliam ultimam voluntatem, nam in hac non erit locus nostre text. expressi, & qui prohibita alienatione per contractum, quod verbum alienare omnes contractus comprehendit, ut l. fin. C. de re. alien. late per Bertachi, in repertorio, verbo alienatio, versic. 64. non censetur prohibita per testamentum, secundum tex. in l. pater. §. fundum de leg. 3. & late per Jaf. in l. si ita quis. §. ea lege numero 46. ff. de verbo. obli. fol. 196. & fatiunt dicta per eundem Jaf. in l. principalibus, ff. si cer. per. quod corrector prohibitus emere, non censetur prohibitus hæres fit infirmi, & facit tex. & ejus maritum in l. vera contraxerunt. ff. de ver. sig. turoque succedit pupillo deficientibus fit consanguineis secundum gloss. in l. ipso tutela. ff. de reg. jur. si pupillus moritur ab intestato durante tutela secundum Baecam, de decima tut. c. 28. non. 16. & sic ex testamento itidem succedet, neque obstat secundum Jaf. ubi supra doctrina Bar. in d. §. ea lege, quia Bartoloquitur secundum Jaf. ibi, cum prohibito alienationis sit simpliciter respectu aliquarum personarum, secus si expresse fiat per viam contractus etiam respectu aliquarum personarum talis prohibitio, quia tunc non censetur prohibita ex testamento, secundum prædicta jura, & Baecam, late, de non melior. filia. c. 20. n. 8. & seq. & ita mihi videtur tenendum, quidquid ubi supra Dueñas, contrarium & male voluerit, faciuntque pro hac mea opinione dicta per Tiraquell. in legibus consubiali gloss. 5. nu. 93. usque ad 102. maxime nu. 100. Sed an poterit tutor aut curator rem minoris fit in pignus accipere, credetur quod sic, dum tamen sit spes luitiosis, argument. doctrine Bartol. in l. in quorum, per text. ibi ff. de pignori. quod prohibitus emere, non censetur prohibitus pignus fit recipere si est spes luitiosis, ut per Bald. in l. si. paulo post princip. C. de rebu. ali. non ali. Fel. in cap. Pralatorum, ceterum 3. circa fin. de accusatio. relatos per Bertachi, in repertorio verbo prohibitus alienare versicul. 8.

Ibi. No vala. Nullitatem inducit ipso jure cum sit præsentis temporis maxime existente illo verbo executivo, sea, ut diximus, l. 11. plur. sea. tit. 10. supra isto lib. & hæc pro hac lege sufficiant.

IN LEGEM VIGESIMAM QUARTAM.

Nullus emat legumina fit in lege nostra declarata ad revocandum ea, sub ejus panis.

SUMMARIUM.

1 Quia nullam habet dubitationem non indiget summario.

Ibi Ni compre garrobos, ni y eros, en poco ni en mucha cantidad para lo tornar a vender. Et hoc quia ut apparet ex supplicatione Regi nostro facta, pro construenda hæc lege est hoc principale bonum nutrimentum, quo quidem per dardanos empto, carius per eos solebat Ruthicus vendi, & sic deficiebat cultura ob excessivum pretium

pretium in quo vendebatur, & quia similibus Reip. destructivibus est coarctanda via, ac licentia destruendi homines, ita necessarios Regno, sicut sunt Rustici, idem, lex nostra revendi-
tioni horum leguminum iuste providit.

IN LEGEM VIGESIMAM QUINTAM.

1 Sal non ematur ad revendumum ꝛ sub nostra legis pena, nisi per vaginarios trabentes illud de uno loco ad alium pro provisione ipsorum locorum, dum tamen sal non includant in domibus & horreis, ubi illud trabunt.

SUMMARIUM.

1 Non potest per dardanarios vendi sal, vel emi ad revendumum cum ampliacionibus & limitacionibus, de quibus in nostra lege & gloss.

Ibi. No aya regatores de sal. Licet enim vendi, & emi sal possit, ex l. magis puto. in princip. ff. de rebus eorum. & in l. si quis ff. de vecti. & com. nisi consuetudo esset in contrarium, secundum Iser. & Alvaro. in l. 1. C. que sint Regal. in usi. feudor. not. in cap. super quibusdam §. praterca. de verborum signifi. Capola in l. inter publica §. 1. ff. de verborum signifi. dixi in l. 31. titul. 18. num. 10. cum seqq. libr. 6. supra. Ex lege tamen nostra per viam revendiionis nullo modo vendi potest, per dardanarios vulgo, Recatones, y revendedores. Ne aliter carius vendatur: & est iusta, ac salubris dispositio, inquitque Craveta, consil. 6. num. 111. cum sequent. quod si quis condaxit fundum, in quo vena salis reperiatur, potest optime sal vendere, neque dicitur negotiator, nec revendor. Et nota quod licet sal sit optimum condimentum, ut inquit Job. 6. capite. Num quid poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? & Divi Marci. 9. in fine, bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condieris? & sic pro sapientia & discretione ponitur ibi sal, & in multis aliis locis, Et in condimentis immittitur, ut saporem habeant: tamen ut Plutarchus, Symposiaco, Decade 5. capite. 10. & in libro de Iside, & Ofride scribit Egyptios Sacerdotes castitatem inoffensam servare, ideoque illos a salis usu abstinere, ut qui caloribus libidinem concitet: Et idem Plutarch. casuarum natural. capite. 5. Et an salinaria sint de regalibus dixi in l. 31. numero fina. titul. 8. libro 6. supra, & in aliis mineris & metallis in l. 1. in fin. & in l. 2. titul. 13.

ead. libr. 6. ubi in fin. illius legis 1. allego alios de iis tractantes tam in iustitia, quam in conscientia, mixime per Barbof. ubi allegatum, & quia de iis Regalibus integer unus liber requiritur, fortassis favente Deo plura dicemus. Et nota, quod licet lex nostra, dum vendere sal dardanariis prohibet, videbatur aliis permittere, hodie tamen cum Rex omnes salinas Coronae sue Regiae applicaverit, & incorporaverit, nullus sal vendere potest nisi ille, cui ipse concesserit, conduxeritve salinaria, & cui conductor ipse, ex ipsius Regis permissu concesserit, prout inquit Alciat. in dist. l. inter publicas, de verborum signifi. Dicens, his tantum permissum vendere sal, qui a filco hoc jus emerunt, & si sine venia, & licentia eorum emere, vel vendere quis tentaverit, in penas incidit, ut relato Alciato inquit Bevenuto. de mercat. 4. part. numero 30. insertus inter decisiones Genuenses, & Barbosa in l. Diwortio. §. si vir. numero 29. versic. addo quidem cum seqq. ff. solut. mari.

IN LEGEM VIGESIMAM SEXTAM.

Proxenetæ non possunt emere, ꝛ vendere, vel contrahere in mercantiis cuiuslibet sint qualitates per se, neque interpositas personas, neque possunt eas ad vendendum habere, si propriis sue sunt, sub nostri rex. pena, neque eidem poterit proxenetæ unius emere res traditas alteri proxenetæ ad vendendum, sub pena infera in presenti.

SUMMARIUM.

1 Proxenetis prohibetur emere & vendere res suas, nec etiam per interpositas personas sub legis pena.

Ibi. Pueda comprar. Ampliat lex hæc dispositionem text. in l. decimaquarta, titul. decimoquinto, proximo sequente, ubi aliqua diximus de iis proxenetis.

Ad tit. 21. & 22. tit. 14. lib. 5. adde quod est facta alia & nova pragmatica condita Madriti, ultimo die mensis Decembris, anni 1593. publicata ibidem decimonono die mensis Januarii, anni 594. qua quidem datur mensura numerus in feris adiciendus sine sit unius pili sive plaris, quam quidem pragmaticam cito videbis additam huic Recopilacioni, ideo ego eam non addo.



TITULUS DUODECIMUS,

De la Venta de Brocados.



Quia superiori titulo de emptione & venditione dictum est generaliter, nunc autem magis in specie tractatur de venditione aliquarum rerum.

IN LEGEM PRIMAM.

Luminaria & fenestra mercatorum, ubi inexta anno venduntur, vel alii panni aut bombycia, debent esse clara, & manifesta absque aliquo impedimento intus aut exterius, inferius aut superius posito ut frans omnis evitetur, & emptores mercantias videant sub nostri text. pena.

SUMMARIUM.

- 1 Forenses non ligantur statutis regni nisi in eo diu moram traxerint, n. 5. ubi idem in cive novo, nisi ut ibi, cum sublimatione.
- 2 Mercatores qui dicuntur, remissive.
- 3 Mercatorum massam esse quintum elementum.
- 4 Mercatores supponentes bonas merces exterius & malas interius puniuntur.
- 5 Bono viro non licet callide in rebus agendis versari.

Ibi, Que en ellas estuviere. Pondera dictionem hanc, Estuviere. Quæ videtur denotare forenses hos mercatores in hoc regno diutius versasse, cum domum & tentoria habere in eis ubi similes adint fenestras, lex nostra supponat, ut ex hac veritate, legis nostre dispositione ligentur, ut inquit Bart. in l. cunctos populos, num. 21. C. de summa Tri. dicens forenses in delictis non ligari statutis regni nisi in regno diu moram ꝛ traxerint, ita quod verisimiliter præsumi possit scientiam statuti habere, aliter enim præsumitur ei ignorare statuta, & non ligantur eorum pennis, ut c. ut animarum, de consue. in 6. sicut in cive novo, ex l. qui cum uno §. fin. ff. de rem. mil. Ripa de peste, tit. de remediis ad confer. labor. num. 119. & sequentibus, & Aviles cap. 52. præc. verbo, en la tierra, numero 11. Et hæc vera sunt, nisi statuto illo dispositum, esset etiam dispositum à jure communi, nam tunc nihil excusaret talem forenses quod diu non esset versatus in regno, secundum Bartol. ubi supra per text. in l. facularit. §. sunt quedam ff. de extraordin. crim. & ante eum Cyn. quos ibi sequitur Fulgof. & Anton. in cap. a nobis, de sent. excom. Joan. Ligna, & Imol. in cap. 2. & fin. de consue. Anchar. c. canonum, eo tit. 12. q. sed adhuc tunc. Acedo in Recopilacionem, Tom. III.

ex capite iuste ignorantie esset tali forensi diminuenda pena juris communis & sic posset procedere opinio contraria, Abb. in dist. c. a nobis 1. & Jaf. dist. l. cunctos populos numero 31. ubi alios allegat dicentes etiam in hoc casu forensi delinquenti contra jus commune regni extranei esse remittendam pecuniariam per tale jus commune impositam contravenienti, ut id procedat, ut dixi, ut diminui posset, & hoc quoties illud jus commune in suo regno non usitaretur, neque dispositum esset, secus vero alias, quia nec tunc diminuireretur pena.

Ibi. Mercaderes. Et ii qui dicuntur, tradit ꝛ late Benven. in tract. de mercatura 1. part. numero 1. cum pluribus sequentibus, & Rebuff. in 10. mo 2. consil. Fran. titul. de mercat. in princip. & Additio. Ber. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 54. & in parte 2. tract. ipse Benven. ubi supra de statuta mercatorum & a quo tempore incoperunt, & num. 4. inquit ex Bal. massam mercatorum & camporum summum bonum, ꝛ & quintum elementum, licet tempestate nostra atrocita committant, ideoque in magno discrimine salutis atene secundum eum ibi numero 5. existunt, & numero 16. differit etiam an mercatores sint uribus necessarii, & utiles.

Luces libes. Et cujus latitudinis debent esse tales luces disponitur in l. 4. in fi. infra isto tit. & in aliud facientes & lumina obscura tenentes invenit Benven. in d. tract. de mercatura, in princip. num. 11. & Capola in d. tract. de mercatura, in princip. de servit. lumin. & Coftal. lib. 3. miscellanearum. c. 23. num. 9. non male.

Ibi. Atejo de lo que son. In quo committuntur crimen stellationis, dum faciunt apparere bona, quæ non sunt, sicut faciunt impostores merces bonas supponentes in facie facci vel corbis, malas autem seu corruptas intus supponunt, qui extra ordinem crimine stellationis ꝛ puniuntur, ut l. 3. §. si quis merces, ff. de crim. falsi. l. 7. & 8. tit. 16. p. 7. de quo plura exempla tradit Benven. ubi supra tit. de deceptoribus. 7. & n. part. in prin. num. 29. & 30. & Avend. c. 19. pratorum num. 30. & 31. lib. 1. & eodem miscentes paleam vel avenam aut hordeum cum tritico ut diximus in l. 3. tit. 5. lib. 1. supra.

Ibi. No se pueda recibir ningun engaño. Qui qui-
Ccc ij dem